UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL
BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

L. FENE||STELLAE DE MAGI||stratibus, sacerdotijsq[ue] Roma=||norum libellus

L. <Fenestrella>

Basileae, 1523

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-810

Visual Library

Andrea Fiorchi. Sthy II 2272

Pompon. Laetus 1425–98

Basel 1523: in calce Val. Probi

Liber rarus!

Andrea Fiocco?
Voigt-Lehnerdt II 38. 503

Gunthero Iachmann
collegae amico
diem natalem congratu-
laturus fausta in nova lu-
stra ominaturus hunc li-
bellum voluntatis pignori
dedit Iosephus Kroll
Coloniae Agr. a. d. XIII
Kal. Iun. a. MCMLII


L· FEN
STELLAE DO
BASILEA

L. FENE

STELLAE DE MAGI
*ſtratibus, ſacerdotijsq́; Roma=
norum libellus, iamprimum
nitori reſtitutus.*

*Pomponij Læti itidem de magiſtrati
bus & ſacerdotijs, & præterea
de diuerſis legibus Rom.*

*Item Valerij Probi grammatici de
literis antiquis opuſculum.*

BASILEAE.

VALENT. CVRIO LECTORI S.

NACti nuper Fenestellæ cuiusdam collectanea, libellum sanè utilem, sed mire corruptum, hunc nos quo studiosis cõmendabiliorẽ redderemus, ex autoribus illis, è quibus ille sua mutauit, multis in locis restituimus. Porrò quis hic Fenestella fuerit, non satis habemus compertum, apparet certe illum non esse historicum, cuius subinde Plinius, atq; alij plerique testimonio utuntur, quando ipse cum Plinium & alios etiã posteriores citat, tum episcoporum atque archiepiscoporũ mentionem facit alicubi. Vnde haud obscurũ est recentiorem hunc esse Fenestellam. Adpressimus huic Pomponij quoque libellũ, atque Valerij Probi, propterea quod conuenire nõ male uidebãtur, atq; studiosi hoc spectare soleãt, ut libros eiusdẽ argumenti liberter cõiunctos emant.

Bene Vale.

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL

84.25 209

04 = ZZWX 4886

L. FENESTELLAE DE SACERDOTIIS ROMANORVM LIBELL. PRIOR.

DE PANOS SACRIS ATQUE sacerdotibus. CAP. I.

OMNIVM DEORum, quos uetus Romanorum religio excoluit, prima Pani Lycæo, seu Faunũ illum, seu potius Syluanũ uocari placet, per Lupercos rem diuinã, lupercalesq; ludos fecisse, apud uetustatis assertores constat. Ea quidem sacrorũ genera ab Euandro rege, qui ex Arcadia profugus, in eum locũ uenerat, qui tandem Romanæ præfuit arci, ad nostros primum delata, ac celebrata fuisse feruntur. Hunc Pana nudos pastores, quorum tunc præcipuũ numen fuit, ac deinde quos summos etiam uiros uenerari mos fuit, loraq; pro manibus ferre, quibus quosq; cæderent, laruisq; tectas facies portare. Cur autem nudi hunc deum colerent, pleraq; è curriculo uetustatis ad nos usq; delapsa referuntur. Siue

Lycæus.
Faunus.
Luperci.
Euander.
Sacrorũ.
Pana quare nudi colerint.

enim quod ipsi deo, q nudus fingitur, suæ celeritati eo pacto longè aptior, nudos etiam habere ministros placeat, siue quod Arcades omniũ populorum, qui Græciam coluerunt, longe uetustißimi, feris adhuc similem uitam syluis ac mõtibus agẽtes, legis expertes, artisq́;, primo hũc deum uenerati patrium cultũ, auitosq́; nudos habitus signantes referre uoluerunt, haud satis constat. Nonnulli uero Iolen uxorẽ Herculis ab hoc Fauno uisam, ac per ardorem libidinis concupitam asserunt. Forte enim per syluas & amœna nemorũ, æstus leuandi causa unà cum dilectißima coniuge Hercules uacabat. Videt ergo elegantißima forma mulierem ab altæ rupis specula senex deus, ergo illorũ uestigia eminus, licet obseruare instituit. Illi autem per syluas ducendæ nocti aptißimũ locum petunt. Interea mulier dum quiescendi tempus aduenit, pellem leonis Herculis ritu de more aptat humeris, claua etiam in illius manu assumpta. Tali habitu præditã somnus aggreditur, erant autem duo parati cõiugibus lecti, eo quod postridie libero patri rem diuinam facturi erãt, seorsum cubituris. Noctu ergo Syluanus fallẽdi custodis occasionem nactus clam thalamũ ingreditur, primoq́; cõgressu fortunatus futurus puellæ torũ tenet, manuq́; tentans, ut noctu fit, horridũ leonis tegmen inuenit. Ratus ergo cubare ibi Herculẽ, ad aliud cubile ire pergit, quod cum sensisset mollibus stratũ, puerilibusq́; delitijs aptius stragula ueste sensit amorem. Dũ libidine ardens manu

al'. ilicet.

palpat Herculem, ac uix dum hirti corporis horrorem hauserat, experrectus Hercules manu reiectũ toto antro fusum iaculat, quo pro strepitu somno puella discussa lumina accẽdit. Lumine ergo Syluano prodito, lusus ac semiruptus uix attollens humo humeros, in syluas detrusus, ea ergo ratione perpetuo execratis uestibus, quibus tam turpiter lusus esset, easdem suis à sacris procul absore constituit. Pleriq; tamen huiusce rei causam assignant Romulo, quod eadem sacra celebrante, medioq; solis ardore corpus exercente, cum nunciatum fuisset latrones prædas agere, ita ut erat nudus accurrerit, cõprehẽsisq; prædatoribus pecora abacta redemerit. Eius facinoris, quod nudus gesserat perpetuum argumentum, corporũ sacra celebrantiũ nuditatem esse placuit. Vtcũq; sese res habuerit, † in ipsa tantũ usq; C. Iulij huiuscemodi obseruationẽ peruenisse constat. Ea enim sacra cũ sedens Cæsar dictator spectaret, atque inter eos qui solennia celebrarent, curreret, M. Antonium, is qui postea triumuir fuit, aiunt lauream coronam, cui diadema annexũ esset, capiti Cæsaris imponere conatũ fuisse, quod cum Cæsar † amoto capite reiecisset, statuæ ipsius cũctis fremẽtibus imposuisse. De nomine uero Lupercaliũ, non etiam satis conuenit. Plerisq; enim inditum hoc nomen, quod huius inuocatione lupi à stabulis arcerẽtur, uisum est. Alij templum ipsum in quo hic deus colitur, Lupercal uocãt, quo circa Virg. Et gelida, inquit, monstrat sub rupe Luper-

† in tempora usq;.

† moto.

Lupercales unde.

Lupercal.

cal, eiq; loco à lupa Romuli nutrice, quod eo in loco Romulum & Remum paruulos educare reperta sit, factũ nomen Lupercalis putant. Nec desunt, qui à Lycæo Arcadiæ monte, ubi præcipue ea religio peruiguit, eum quẽ nos lupum illi λύκον uocant, ipsum cognominatum esse arbitrentur. Præcipuam uero huic deo, dicatisq; sacerdotibus uenerationem ea ex parte tributam ferunt, quod quæ mulieres ex suis uiris uel concipere, uel conceptos fœtus edere nequirent, ad Lupercos confugiebãt. Quæ ubi loris ex tergore hirci sectis cæsæ fuissent, è uestigio grauidæ aut effœtæ efficiebantur. Hec solennia quinto decimo Cal. Februarias celebrari, ut Ouidius in Fastorum libris refert, moris fuit.

Fast. 2.

DE POTITIIS ET PINAriis Herculis sacerdotibus.

CAPVT II.

EAdem tempestate, Euandro scilicet palatiũ tenente, Herculem, Geryone interempto, per eadẽ loca mira specie boum armenta abegisse cõmemorãt. Ac cum propé Tyberim fluuiũ, quia præ sese armentũ ferens transiecisset, ubi loco herbido reficeret boues, ipseq; in itinere defessus procubuisset, & eundem uino cibóq; grauatum sopor oppreßisset, Cacus pastor loci accola uiribus ferox, captus pulchritudine boum, prædã

auertere instituit, ac ne si prædam agendo in speluncam compulisset, uestigia ipsa eò quærẽtem dominũ ducerẽt, aduersos eximiũ quemq; pulchritudine in speluncã traxit. Hercules uero ad primam auroram somno excitus, cum gregem perlustrasset oculis, partemq; numero abesse sentiret, perrexit ad proximam speluncã, si fortè eò uestigia ferrent, quæ ubi omnia foras uersa uidet, nec in partem aliam ferre, confusus, atq; incertus animi ex infenso loco agere porrò armentũ cœpit. Inde cũ actæ boues forte, ut fit, ad desideriũ relictarũ mugissent, reddita inclusarũ ex spelunca boum uox Herculem conuertit. Quem cum uadentẽ ad speluncam Cacus ui prohibere conatus esset, ictus claua, fidem pastorũ nequicquã inuocans mortẽ occubuit. Euander qui tunc temporis ex ea Peloponneso profugus, autoritate magis quàm imperio regebat loca, uenerabilis uir miraculo literarũ rei nouæ inter rudes artium homines, uenerabilior diuinitate matris Carmentæ, quam fatiloquam ante Sibyllæ in Italiã aduentum miratæ gentes fuerant, concursu pastorum trepidantium circa aduenam manifestæ cædis reum excitus, postquàm facinus, facinorisq; causam audiuit, habitũ, formãq; uiri aliquãto ampliorẽ augustioremq; q̃ humanã intuẽs, rogitat qui uir esset. Vbi nomen patremq; ac patriã audiuit. Ioue nate Hercules, salue, inq, te mihi mater ueridica interpres deũm aucturum cæleste numen cecinit, tibiq; aram hic dicatã iri, q̃ opulentissimam olim

Caci cædes.

Euander.

Carmenta.

Euander ad Herculem

in terris gens maxima uocet, tuoq; ritu colat. Dextra Hercules data, accipere se omen, impleturũ se fata, ara cõdita acdicata ait. Ibi tamen primũ boue eximia capta de grege sacrũ Potitijs ac Pinarijs, quæ tum familiæ maxime inclytæ ea tenebant loca, dedit. Factũ forte ita euenit ut Potitij, ut ait Liuius, ad tempus præsto eßẽt, hisq; exta apponerentur, Pinarii extis adesis ad cæteram uenirent dapem. Inde institutum mansit, donec Pinariũ genus fuit, ne extis eo solenniũ die uescerentur. Potitii ab Euandro edocti antistites permultas ætates huius sacris præfuerunt, donec tradito seruis publicis solenni familiæ ministerio, Potitiorũ ac Pinariorũ omne genus periit. Id enim Appius Claudius, cum esset cẽsor, effecit hisce familiis infensus, ob idq; ira deorum (ut creditur) luminibus orbatus est.

Liuius lib. pri. ab urb. ad uerbũ.

App. Claudius.

DE SACERDOTIO fratrum Arualium.

CAPVT III.

FRatres aruales, ut fruges ferrent arua, ueteres cõsuluisse Romanos memoriæ traditũ est. Huius uero religionis Romulum ipsum patrem urbis, autorem extitisse reperio. Nam cum Acca Laurẽtia nutrix Romuli corpore suo quæstum in uulgus faceret, eoq; pacto grandem pecuniam constipasset, ex duobusq; liberis

quos susceperat, unum morte amisisset, Romulum in de mortui locum adoptionis iure substituisset, decedens tamen populũ Romanum instituit hæredem. Cuius tãdem liberalitatis regias affinitates memor populus Ro. mulieris nomen in Fastis retulit, liberos fratres aruales à serendo, & ab aruis appellauit. Ex quo tempore sacerdotium mansit fratrum arualium, hiq; duodecim numero dicuntur, eiq; sacerdotio in insigne tribuit albas insulas, & spiceam coronam.

DE AVGVRIIS.

CAPVT IIII.

EOdem ferè tempore, & disciplina, & religio augurãdi ex Ethruscis, penes quos ea disciplina præcipua, ac longè peculiaris fuit, ad Romanos commigrauit. Virum enim quempiam, cuius nomen uetustate obsoleuisse Naso poëta ait, asyli (ut reor) alliciente inductione, exulem Ethruria Romam uenisse perhibẽt. Fast. 2.
Cuius opera Romulum Remumq; usos, cũ de imponendo urbi nomine unà contenderent opinione deducor, q̃q̃ M. Cicero in his libris, quos inscripsit de diuinatiõe, etiam ipsum Romulũ istam ipsam auguralem disciplinam præcoluisse asserit. A Numa uero qui Romulo succeßit, perpetuũ sacerdotii insigne constitutũ est. De ritu uero inaugurandi si unum in casum pleraq; dixero, eadem ad

Lib. primo

Inauguran di ritus.

omnes cæteros facile fieri poterunt. Ea quidem quantum ex ueterum monnmentis collegi, huiuscemodi fuit obseruatio. Augur in arce siue in editum quendam locum ad inaugurandum debebat sedere super lapidem meridiem uersus, atq; ad læuam sedens baculum in manu recuruũ, quod lituum uocant, tenet. Inde ubi prospectu in urbem agrumq; capto, deos precatus, regiones ab oriente ad occasum determinat, dextras ad meridiem, læuas ad septentrionem partes esse dicit. Signum quod contra oculi cõspectum longißime ferunt, animo definit, tum lituo in læuam translato dextra in caput eius, qui inauguratur posita, ita precatur. Iupiter pater si fas hunc Numã Pompilium, cuius ego caput teneo, regem Romæ esse, uti nobis signa certa ac clara sint inter eos fines quos feci. tum peregit uerbis auspicia quæ mitti uellet, qbus mißis Numa de templo (ita enim designatas lituo æthereas regiones uocant) declaratus rex descendit. Quã quidem declarandi seu inaugurandi regis formulã, ad cætera quoque, ut dixi, trahi facile licet. Huic disciplinæ, peritia Actij Nauij auguris permultum fidei, autoritatisq; accessit. Nam cum Priscus Tarquinius aliqua præter maiorum instituta inaugurato mutare, pleraq; etiam de nouo condere pergeret, negare Actius Nauius inclytus ea tempestate augur, inauspicato ea fieri oportere. Quare ira regi mota, ludens artem, ut ferunt, agedum, inquit dic mihi in augurio, fieri ne poßit, quod ego nunc mente

Lituum.

Ex Liuio ad uerbũ.

Actius Nauius.

concipio. Cum ille in augurio rem expertus fieri posse dixisset, atqui hoc animo agitaui, inquit, te nouacula cotem discissurum. Cape ergo hoc, & perage, quod aues tuæ fieri posse portendũt. Tum illum incunctanter discidisse conscripserunt, statuamq; Actij Nauij capite uelato, quo in loco res acta est in comitio, in ipsis gradibus ad læuam positam fuisse, coteq; eadem cum illa ipsa nouacula in manibus posita, ut eius rei etiam apud ueteres monumentum existeret. Augurijs ergo, sacerdotioq; augurum, ut ait Liuius, etiamq; in libris de diuinatione Cicero, tantum autoritatis & uenerationis accessit, ut nihil domi forisq; postea, nisi auspicato gereretur. Et ad sapiẽtiæ nobilitatisq; primarios quosq; id sacerdotium deferunt. Et cum Tiberius Gracchus pater Tiberij, & C. Gracchorum comitia consularia habuisset, dicerentq; Ethrusci augures rem in augurio experti, uitio consules creatos fuisse, Gracchusq;, ut ineptos, insanosq; Ethruscos incesseret, abiens in prouinciã senatui rescripsit, ueridicos, non autem insanos Ethruscos esse, qui consules præsentes uitio à se creatos dicerent. Nam cum se collegisset, meminisse se locum tabernaculo extra pomœrium præter maiorũ consuetudinem delegisse. Quamobrem abdicare se consulatu compulsi sunt. Vt aũt uenerandi autoritas q;, ita & numerus ipse adeo cre

collegium augurum coleretur. Nam cum ab initio tres tantum creari cœpissent, ex tribus scilicet tribu

Augurum collegium

bus Ramnensium, Tatiensium, & Lucerũ, & obtinuissent cum mutaretur numerus, impari tãtũ numero creari, utcunq; tamẽ id fieret, quatuor numero præter maiorum consuetudinem creari cœpti sunt. Tandem cũ plebs quorumlibet honorũ partem suam in senatu & in foro nacta esset, per tribunos egit, ut ad sacerdotia quoq; uelut ad cætera, cursus aperirentur. Idq́; post multa certamina, uariasq́; seditiones obtinuit, ut ad quatuor scilicet patritios, quinque ex plebe adiicerentur. Factumq́; hoc fuit M. Valerio, & Q. Apuleio consulibus.

DE FLAMINE DIALI.

CAPVT V.

FLaminem Dialem primus Numa Pompolius Romæ rex creauit, cũ antea reges, pontificumq́; regumq́; promiscue munera obirent, ut de Priamo & Aenea apud Virgilium cernimus. Rex etiam Anius, ut idem poëta ait, Rex idem hominũ Phœbiq́; sacerdos fuit. Idq́; etiam à minoribus deinceps, ut à C. Cæsare, diuo Augusto, multisq́; deinceps principibus, quos pontificatus maximi titulis insignitos uidemus, obseruatum est. Cæterum Numa plures in urbe Romulo, quàm sibi similes reges fore ratus, qui relicta religionis cura bellorum potius negotiis detinerentur, sacerdotes quatuor quos appellauit Flamines, q rei diuinæ iugiter adiecti essent,

Virg. locus Aeneid. 3.

Pontificis maximi titulus.

multis deorum alligauit. Flaminem unũ Ioui, quem Dialem uocant, Marti duos, Quirino unum. Dictus autem flamen Dialis est, ut Varro ait, quod in Latio capite uelato erat, & caput filo lanæ præcinctum habebat, à quo Flamen appellabatur. Dialis aũt à Dioue, quod est iuuãs deus. Cæteri Flamines eius, cui præsidẽt numini, decorantur titulis. Hunc Dialem, præsertim insigni ueste, curuliq; sella adornauit. Hic solus, ut Varro ait, album habet galerum, uel ex eo quod maximus est, uel Ioui immolationem alba ueste fieri oporteat, pleraq; etiam huic pontificio iure tributa sunt, ut A. Gellius in cõmentarijs noctium atticarũ scriptum reliquit. Equo enim uehi flaminem est religio. Item iurare Dialem fas nunq̃ est. Ignẽ è flamma, nisi ubi sacrum est, efferri ius nõ est. Vinctum si ædes eius introierit, solui necessariũ est, & uincula per impluuium in tegulas subduci, atq; inde foras mitti debent. Nodum in apice atq; in cinctu, neq; in alia parte ullum habet. Si quis ad uerberandum ducatur, si ad pedes eius supplex decubuerit, eo die uerberari piaculum est. Capillum Dialis nisi qui liber est, non detonset. Capram & carnem incoctã, & hederã, & fabam, neq; tangere Diali mos est, neq; nominare. Propagines è uitibus altius prætentis non succidet. Pedes lecti, in quo cubat, luto tenui circumlitos esse oportet, & in eo lecto cubare aliquem fas non est. Vngues Dialis & capillorum præsegmina subter arborem ilicem terra operiuntur, neq; ad

Flamen uocabatur.

Dialis.

eius lecti fulcrum, capsam esse cũ strue atq; ferro fas est. Dialis quotidie festalis sine apice, sub Dio aũt esse licitũ non est, sub tecto utiliter etiam & à pontificibus constitutum. Farinã fermẽto imbutã attingere fas non est. Neq; tunicã intimã nisi in locis exuisse sub cælo, tanq̃ sub oculis Iouis nudus ne sit. In cõuiuio eius haud quisq̃ nisi rex sacrificulus accubabit. Matrimoniũ Flaminis nisi morte dirimi nõ est fas. Locũ ubi bustũ fit, nunq̃ ingreditur. Hos Flamines cum ab initio consecrantur, captos duci à patribus, uelut ab hostibus mos fuit. Totidem uero Flaminibus, quot deos colerent usos ueteres, M. Varro in his libris quos inscripsit de origine linguæ Latinæ, testis est. Vt Dialem, Martialem, Quirinalem, Vulcanalem, Furuialem, & Falacrum. Et præterea complures, qui, ut nostrum inter sacerdotium gradus nonnihil interest, ut episcopum, archiepiscopũ, cardinalem, patriarchã, & metropolitanum, ita apud illos Flaminium, protho-flaminium, & archiflaminium differentiam fuisse idonei testes sunt.

DE VESTALIBVS VIRGINIBVS.

CAPVT VI.

VEstalis originem cultus, quẽadmodum pleraq; omnia, Numa Pompilius intulit, & si eius initia usq; adeo uetera sunt, ut ex Troianis ad Alba-

nos Aenea duce longè cõmigrauerint, cuius rei meminit Virgilius his uersibus.

Virg. locus Aeneid. li.

" Sic ait, & manibus uittas, Vestamq; potentem,
" Aeternumq; adytis effert penetralibus ignem.

Deæ huic Vestæ, quam terram esse, eandemq; deorum matrem uolebant, perpetuo uigil ignis consecrari solebat. Eius obseruatiõi ac cultui pleræq; uirgines è primoribus patrum electæ præfici, quarũ negligentia, si forte sanctus ignis restinctus esset, flagris à Pont. maxõ cædi iubebãtur, ut à P. Licinio Crasso Pont. maximo in eam quæ negligentius ignẽ custodierat, Valerius scriptũ reliquit. Incesti uero crimine damnatã, uiuã suffodi institutũ est. Virginẽ Vestalẽ, ut Labeo Antistius scripsit, minorem q̃ sex annis, maiorẽ q̃ annis decem natã negauerũt, capi fas esse. Itẽq; nõ patrima sit & matrima. Itemq; & quæ lingua debili, sensuq; auriũ diminuta esset, alia nec corporis labe insignita sit. Item cuius parentes alter ambóue seruitute seruiuerint, aut in negotijs sordidis uersantur, eámue cuius soror ad id sacerdotiũ lecta sit, excusationem mereri aiunt. Item cuius pater Flamen uel augur, aut qui decemuir sacris faciũdis, aut qui septemuir epulonũ, aut alius est. Sponsæ quoq; pontificis, & regis sacrorũ filiæ, uacatio à sacerdotio isto tribui solet. Neq; eius legendã filiam, qui domicilium in Italia nõ haberet, constitutũ est, ut Capito Atteius scriptum reliquit, & excusandã eius qui liberos tres haberet. Item edicto præto-

Val. Max. lib. 1. t. p.

† Salius.

ris Virginem Vestalem, Dialémue nõ cogi, sæpe inscriptum est. Verba prætoris hæc sunt uirginem Vestalem, & Flaminem Dialem, ait præco, in omni mea iurisditione iurare non cogam. De eligenda autem uirgine Vestali hæc obseruata sunt. Lege Papia cautum est, ut arbitratu põtificis maximi uiginti è populo uirgines legerentur, sortitioq́; ex hoc numero fieret in concione. Cæterum, inquit, ea lex uetustate, ut pleræq; aliæ, exoleuit, satisq́; ei lectioni fieri cœptum est, si quis honesto loco natus pontificem maximũ adeat, offeratq́; ei ad sacerdotium filiam, cuius duntaxat saluis obseruationibus religionis ratio haberi poßit, gratiã enim Papiæ legis per sanctum fieri aiunt. Hãc uirginem à pontifice maximo, uelut ab hostibus capi moris fuit. Verba aũt quibus tũc pontifex utitur, hæc sunt. Sacerdotem Vestalem sacra facere quæ iußi, pro populo Ro. Quiritibusq́;, uti optima lege fuit, ita te Amata capio. Amatæ enim nomine appellari omnes consueuerũt, quod ea quæ prima capta est à Numa rege, fuisse hoc nomine perhibeatur. Simul atque igitur capta, atq; in ea arce Vestæ deducta est, illico sine emancipatione, ac capitis diminutione, exit patriam potestatem, & ius testamenti faciundi adipiscitur. In commentarijs autem Labeonis quos super duodecim tabulas composuit, ita scriptũ repertũ. Virgo Vestalis, neq; hæres est cuiq̃ intestato, neq; intestatæ quisquam, sed bona eius tum redigi in publicum aiunt.

Amatæ nomen.

DE SA

DE SALIIS MARti dicatis.

CAPVT VII.

INter cætera sacrorũ genera instituta à Numa rege, à posteris etiam in honore habita, id quidem in minoribus fuit, quod Marti scilicet Gradiuo uouit. Duodecim enim ad hæc uiros legit, quos à solenni saltu, quo in sacris utebãtur, Salios appellauit. His alios duo decim Tullus Hostilius mox adiecit, cũ Romanis in aciem cõtra Fidenates eductis, Albani à Romanis per speciem proditionis duce Metio defecere. Datum autẽ his supratunicam insigne, æneum pectori tegmẽ, cælestiaq; arma, quæ uocantur ancylia portare, ac per urbem canentes carmina cum tripudijs, solenniq; saltu incedere, instituumq;, ut in finem omniũ carminum suorum, Mamurium appellarent. Hunc Mamurium inclytũ ea tempestate fabrũ fuisse, & cum ancyle cælo lapsum esset, Numæ Pompilio, Quiritibusq; rem diuinam agentibus, huic Mamurio negotiũ datum esse, complura huius similia ancylia effingẽdi tradunt. Quod qdẽ opus, cũ ille exquisitissima absoluisset arte, optionẽ utrum à se uellet postulari artifici Numam obtulisse, quod ex eo peteret. Nam exhibituru, artificem uero non pecuniam, sed gloriam pro mercede petisse, quod eius nomẽ à Salijs in finẽ quo-

Salij.

Ancylia.

Mamurius.

rumlibet carminũ recitaretur, idq; per multa tempora in sacris & comitijs (ut ait Liuius) obseruatũ est. Eò autem huius ordinis sacerdotiũ numero creuisse, ut ad collegiũ, & collegij sacerdotiũ magistratũ redactũ fuerit.

DE COLLEGIO PONTIFICVM & Pontifice maximo.

CAPVT VIII.

Pontifices, ut pleraq; alia sacerdotia, ab ipso Numa ortos, apud Liuiũ satis constat, eosdẽ diu præterq; à patribus creari non licuit. Fuerunt autẽ ab initio hi numero quatuor, postq; uero maximorum quorumq; hominum partem plebs tribunitijs rogationibus obtinuit, ad sacerdotia quoq;, sacrosanctasq; potestates patere sibi aditum uoluit. Quatuor ergo alios creari ex plebe põtifices placuit, M. Valerio & Q. Apuleio cõsulibus. Oĩbus unus præfectus fuerat à Numa Pompilio, isq; Põtifex maximus appellabatur. Hic habet ex se sacra omnia excripta exignataq;, quibus hostijs, quibus diebus, ad quæ templa sacra fieri deberent, eiusmodiq; diuinis in rebus, unde erogãdæ pecuniæ sumptus fieri debeat, curæ Pontifici est, cæteraq; omnia sacra publica, priuataq; sacris Pontificis subiecta sunt. Cum uero de religione, deq; sacris dissensio est, populus illũ consulere pergit. Perutile illud fore ratus est Põpilius eius

sacerdotij autor, ne ius diuinum negligẽdo, patrios ritus peregrinosq; ascisendo, turbaretur, nec cælestes modo cæremonias ducere, sed iusta quoque funebria, placandosque manes eiusdem Pontificis. Apud eum quoque tabula esse dicitur, in qua Solis & Lunæ defectus, quoties lumini caligo fit, & anni mensium fastorumq; ratio perspicitur. Pontifices, ut Varro ait, Q. Mutius Scæuola à posse & facere appellatos esse dicere solebat, sed ea denominatio à M. Varrone haud satis probari uidetur. Nam & à ponte, & à facio Pontifices appellatos putat, eò quod ab his primũ pons Sublitius factus, ac sæpe restitutus esse perhibeatur.

Pontifices unde appellati.

DE FOECIALI SACERDOTE.

CAPVT IX.

FOecialis sacerdotij nusquàm apud Romanos uetustiorem usum fuisse, q̃ Tullo Hostilio Romæ regnãte reperi, quem tamen ut ab Hostilio creatum non affirmauerim, ita ne qdem negauerim à Numa Pompilio omnium religiosissimo rege creari potuisse. Vtcunq; id tandem fuerit, de nomine prius, quàm de M. Valerio fœciali, regnãte Tullo Hostilio, apud Liuium mentio est. Fœcialis uero partes in eo uersabantur, ut fidei publicæ inter populos præesset, neq; iustum aliqd' bellũ fore censebatur, nisi id per fœcialem fuisset indictum. Cum uero pugnare desitum est, fœdere fides pacis constituebatur,

Fœcialis munus.

Fœderunde appellata.

quæ fœdera aliunde fidera appellata ab Ennio, quod fidei faciundæ causa † traducta sunt, M. Varro testis est, fœcialemq; ipsum à fide, & faciendo dictũ esse idem existimat. Forma uero feriendi per fœcialem fœderis huiusmodi est, qua nulla (ut Liuio placet) uetustior esse memoratur. Fœcialis, inquit, regem Tullũ ita rogauit. Iubes ne me rex cum patre patrato populi Albani fœdus ferire? Iubẽte rege, sagmina inquit te rex posco. Rex ait, puram tollito, fœcialis ex arce graminis herbam puram attulit, postea regẽ interrogauit. Rex, facis ne tu me regiũ nunciũ po. Ro. Quiritiũ? Rex respõdit, qd'sine fraude mea Po. Ro. Quiritiũ ue fiat, facio. Fit ergo tunc fœdus, multisq; id uerbis peragit. Legibus inde recitatis, audi inquit, Iuppiter, audi pater patrate po. Albani, audi popule Albane audi, ut illa palàm prima postremá ue ex illis tabulis cæráue recitata sunt sine dolo malo, utiq; ea hodie rectissime intellecta sunt, hic illis legibus po. ro. prior non deficiet, si prior defecerit publico consilio, dolo malo, tu illo die Iuppiter ita po. Ro. ferito, ut ego hũc porcũ hodie feriã, tantoq; magis ferito, quanto magis potes pollesq;. Vbi id dixit, porcũ saxo silice percussit. Eodem modo pars altera per suum sacerdotẽ, suumq; dictatorem peragit. Cum autem bellum per fœciales indicunt, hoc more utuntur. Fœcialis hastam ferratã, præustam, aut sagmineam ad fines eorum, quibus bellũ indicit, defert, nec minus puberibus tribus præsentibus adij-

† Introducta aliàs.

Feriendi fœderis ritus.

Belli dicendi mos.

eit, quod populi priſcorum Latinorũ, homines ue priſci Latini aduerſus populum Ro. Quiritium fecerunt, deli querunt, q; po. Ro. bellũ cum Latinis priſcis fieret. Ob eam rẽ ego po. q; Ro. populo priſcorum Latinorũ, ho minibusq; Latinis bellũ indico, facioq;. Vbi dixit, haſtã in fines eorũ emittit, ex quo bellũ iuſtũ eſſe intelligitur.

DE SACERDOTIO PATRIS PATRATI.

CAPVT X.

PAtris patrati ſacerdotium, & ſi apud Liuiũ à fœciali haud differe uidetur, aliquãto etiam longe abfuiſſe apparet, tamen quod & nomẽ iſtius, illiusq; atq; officium nonnihil intereſſe uideatur, utiq; & de utroq; ſeorſum dicere uiſum eſt. Vtcunq; eſſet, his deſcriptis non certe † officit immoueri, ſed partes plures duntaxat adſcripſerim. Patris patrati uſus eodè tempore, quo fœcialis apud Ro. prodit, nam & inde fœdis à fœciali fœderibus, Patris patrati opera auctoritasq; exigebatur. Ad patrandum enim, id eſt, ſanciendũ iuramentum, ubi de fœderibus conuenerant, admitti conſueuere. Creauit autem M. Valerius primus fœciales. Sp. Fuſium, primũ patrem patratũ eo bello quod Tullus Hoſtilius cũ priſcis Latinis geſſit, uerbena caput capillosq; cingens. Alias præterea partes, ſcilicet repetendi, patri

† Officio immutauerim aliàs.

Patris patrati partes

forma

patrato dedit Ancus Martius, eũ morẽ ab antiquissima Equiculorum gente repetẽs. Eius rei formula antiquissima est huiuscemodi. Legatus idemq; pater patratus, ubi ad fines eorũ uenit, unde res repetunt capite uelato filo, lanæ uelamen est. Audi Iuppiter inquit, audite fines cuiuscũque sint gentis, numina audiãt fas. Ego sum publicus uũcius Po. Ro. pie iustéq; legatus uenio, uerbis meis fides sit. Peragit deinde postulata, inde Iouẽ testẽ facit. Si ego iniuste, impieq; illos hoĩes illasq; res dedier Po. Ro. mihiq; exposco, tũ patriæ compotẽ me nunq̃ sinas esse. Hæc, cũ fines suprascãdit, hæc qcunq; ei primus uir obuius fuerit, hæc portã ingrediẽs, hæc forũ ingressus, paucis uerbis carminis, cõcipiẽdiq; iurisiurãdi mutatis pagit. Si nõ dedũtur q̃ exposcit, diebus tribus & xxx. (tot enim solẽnes sunt) pactis, bellũ ita indicit. Audi Iuppiter, & tu Iuno, ac Quirine, dijq; omnes cælestes, uos terrestres, uosq; inferni audite. Ego uos testor, populum illum (quicũq; est, nominat) iniustum esse, neq; ius persoluere. Sed de istis rebus in patria maiores natu consulemus, quo pacto ius nostrum adipiscamur. Cum his nunciis Romam ad consulendum redit. Cõfestim rex, dictator, consul, siue quis alius senatum habuerit, ex his ferme patres consulit uerbis. Quarum rerum, litium, causarum conduxit pater patratus po. Ro. Quiritium patri patrato priscorum Latinorum, hominibusq; priscis Latinis, quas res nec dederunt, nec fecerunt, nec sol=

uerunt quas res fieri, dari, solui oportuit. Dic (inquit ei, quem primum sententiam rogat) quid censes? Tum ille, puro pioq; duello quærendas censeo. Itaq; consentio consistoq;. Inde alij ordine rogabãtur, quãdoq; pars maior eorum qui aderant, in eandem sententiam ibant, bellum erat consensu fieri solitũ, ut fœciales in iactu hastæ, ut dictum est, bellum indicerent.

DE SACRORVM REGE.

CAPVT XI.

Sacrificulus.

REx sacrorum, qui & sacrificulus dicitur, creari cœptus est Iunio Bruto, & M. Valerio primis consulibus. Eius creandi occasionem dedit, quod, cum nuper exactis regibus plæraq; sacra à solis regibus obiri consueta, regum exactione uacare uiderẽtur, idq; moleste admodum populus ferret, utpote quod cultui diuino regum exactione uideretur derogatũ, sacerdotem creari placuit, quem, quo minus eidem autoritatis † inesset, regio nomine decorarũt, sacrorũ regem appellantes. Subiecerunt tamen Pontifici maximo, ne † similius dictioni fuisset suppositus, iam exacti reges, reducti reges esse uiderentur, uel crederentur. Quæ uero huic partes iniunctæ essent nunc temporis minime reperiũtur.

† Deesset aliàs.

† Ne si nullius ditioni aliàs.

FENESTELLA DE SIMVLACRI TRAIectione matris deorum.

CAPVT XII.

GAllos quidem Berecynthiæ, siue illam deorum matrẽ dicere mauis, dedicauit antiquitas, eãq; religionem ut plæraq; alias, è Phrygia Romã reduxit, & eo quidẽ tempore, quo huiuscemodi carmẽ ex libris Sibyllinis relatum est. Mater abest, matrẽ iubeo Romane requiras. Cum ueniet casta accipienda manu. Hoc responsum cum diu torqueret patres (quæ enim mater esset, aut unde petenda, non satis reperire poterãt Physici) Apollinis oraculum consultũ misere, missi huiuscemodi responsa attulerunt. Diuũm Apollo inqt arcessite matrem, quam Idæo quidẽ iugo reperietis. Missi ergo in Asiam legati, datum negocium ut perquisitũ ac tandem compertũ deæ simulacrũ Romam reducerent. Sed cum Attalus rex Asiæ, comperti à legatis simulacri traiectionẽ negaret, Romanis frustra iam abire parantibus, uocem eisdem & creditam esse deæ ferunt. Ipsa inquit peti uolui, Romamq;, quod deorũ omnium dignũ domiciliũ est, deduci. Quo miraculo exterritus Attalus, Romanis illico simulacri translationem concessit. Mari ergo transiecto Romam ut traditum est, cum Tyberi nauis simulacro onusta uectantur, omni genere homi-

Carmen Sibyll.

num ex urbe prodeũte cum carminibus, sacrisq; in sicco littore adhæsisse ferũt. Et cum omnis multitudo funibus iniectis, summo conatu adniteretur, nulla tamẽ ui auellere hærentem ualuit. Erat autem in turba Romanorũ Claudia Quinta Vestalis uirgo præstantissimæ formæ, cuius exquisito habitu, multisq; pleno illecebris, uiolatæ eius uirginitatis publica suspicio circũferebatur. Procubuit ergo puella ad pedes simulacri orãs, obtestãsq; deam, sic inquit. Læsæ uirginitatis me ream criminãtur, tuum dea testimoniũ, uti rem indices, quæso, ut si tuo dãnata testimonio dea fuerim, admissa morte luam, sin hac labe purã argueris, tũ tu castissima castas manus prosequere obsecro. Vbi hæc dixit, reste qua alligata erat nauis, manu arrepta, manu puellæ admodum parũ conantis, facile tractum prosecuta est, hoc pacto in urbem. Scipio Nasica solus dignus, cuius manibus tangeretur, reciperetur q; simulacrum, iudicatus est. Datum ergo Scipioni negotium, ut templum deæ magnifice struceret, & eius cultui sacerdotes dedicaret, quos more deæ uetusto Spadones oportebat non alio pacto ad id sacerdotium legandos. Cuius quidem instituti, hoc in causa fuisse commemorant, dilexisse Cybelen puerum quendam Phrygium, dilectoq; hanc conditionem adiecisse, ne castitate polluta admitteretur, puerum tamen nympham Sangaridem deperisse, & cum apud eam sub arbore ei nymphæ dicata, unà quiescerent nocte dormientes, deam ar-

Claudia quinta.

Gallorum sacerdotũ origo.

borem cũ ipsa nympha trucidauisse, adolescentem metu ferè exanimatũ, in uicinum montem, cui nomen Didyma est, confugisse, doloreq; amentem, pudoreq; admissi facinoris, membrum quo deliquerat, abscidisse. Hac ratione facti dea memor, per eiusmodi homines perpetuo sibi ministrari uoluit. Gallorũ uero nomẽ à flumine Phrygiæ uetusto, quod templo huius deæ uicinum est, tractũ ferunt, cuius, ut ferunt, fluuialis undæ ea uis est, ut potantes insanire compellantur.

Gallorũ nomen

DE DVVMVIRIS SACRORUM.

CAPVT XIII.

DVûmuiri sacrorum, quanto monumenta uetera legendo consequi ualui, sacris libris legendis, carminibusq; Sybillæ, fatisq; Po. Ro. interpretandis præerant, ut Apollinis sacrarumq; cæremoniarũ Antistites erant, & quoties prodigia magnos aliquos rerũ euentus auspicãtia emersissẽt, lectisternijs ad puluinaria deorum factis, ut illorum minas auerterent, suppliciis sacrisq; placabant. Eorum etiam ritu prospere gestis rebus decernebãtur. Huius sacerdotii nullã ante mentionem reperi, q̃ tempore quo ædes Castori, per filium Posthumi secundi dictatoris, qui tunc duûmuir, dedicata est. Latino enim bello pater ipse dictator uo-

uerat. Cæterum cum multo tempore, duo ad hoc ipsum sacerdotium uiri creati essent, ac plebs de suo quoq; corpore creare consules pergeret, neq; ad id ipsum satis uirium esset, obtinuit tandem, ut qui duûmuiri in eam diem creati fuissent, decemuiri crearẽtur, quinq; ex patribus, totidem ex plebe electis. Quare ex duûmuiris, decemuiri appellari cœpti sunt.

Decemuiri è duûmuiris.

DE SEPTEMVIRIS Epulonum.

CAPVT XIIII.

SEptemuiratum epulonũ, q̃q̃ ut coniectari potest, genus esse sacerdotii præsumitur, propterea quod cum de uacatione Vestalis sacerdotii agitur, filiæ Auguris, decẽuiri sacrorũ, Flaminis, Septemuiri epulonum sacrorum, ab hoc sacerdotio excusationẽ mereretur, inter sacerdotia hoc ipsum subiungitur. Vtcunq; id fuerit, quoniã nihil quicquam de hac re mediocris etiã fidei autoritatisq; reperi, quod huic ordini offitium cõmissum esset, ausus asserere non sui. Plinius tamen cum esset orationẽ habiturus, cũ quasi propter futuros astãtes timeret, dixit. Stabat medio cõsularis, modo septemuir epulonum. Sunt adhuc Romæ in Pyramide quadrata incisa hæc uerba. Opus absolutum diebus Cxxx. è testam. C. Cornelii. tr. pl. Septemuiri epulonum.

L. FENESTELLAE DE ROMANORVM MAGISTRATIBVS LIBELL. ALTER.

ED QVONIAM nunc de reliquis magistratibus, quæ ad religionem non pertinent, tractare intẽdimus, alij quidem omnium magistratuum maiores, alij uero minores sunt. Qui maiores, quiue minores eſsẽt, paucis animaduertẽdũ est. Nam A. Gellius pleraq; hac in re ex M. Messalæ auguris libris dicta reliquit, cuius uerba hæc sunt. Patriciorum auspicia in duas potestates diuisa sunt, maxima sunt prætorũ, consulũ, censorũ, neque tamen eorũ omniũ inter se eadẽ, aut eiusdẽ potestatis sunt, ideoq; collegæ nõ sunt censores consulũ aut prætorum. Prætores collegæ consulum sunt, ideoq; neq; prætores aut consules cẽsoribus, neque cõsulibus censores aut prætoribus turbant, aut retinent auspicia. At censores inter se, rursus prætores consulesq; inter se & uitiant, & obtinent. Prætor & si collega consulis est, neque

Gell. li. 13. ca. 14.

prætorem, neq; cons. iure rogare potest, ut quidē nos à superioribus accepimus, aut ante hæc tēpora obseruatū est. Et in cōmentario xiij. C. Tuditani patet, quia imperium minus prætor, maius habet consul, & à minore imperio minor, à maiore aūt maior collega iure rogare nō possunt. Nos his temporibus prætores prætore creāte, ueterū autoritatem sumus secuti, neque his † auspicijs in comitio fuimus. Censores æque non eodem rogantur auxilio, auspicioq;, atq; cōsules & prætores. Reliquorū uero magistratuū minora sunt auspicia, ideo illi maiores, hi minores magistratus appellātur. Maiores cēturiatis, inquit, comitijs fiunt, minores creādis magistratibus tributis comitijs magistratus, sed iustius curiata datur lege. Ex oībus his Messalæ uerbis, inqt, manifestū fit, qui sint minores magistratus, & quàmobrem minores appellentur. Sed & collegam esse prætorem consuli docet, quod eodem auspicio creantur. Maiora autem auspicia dicuntur habere, quia eorum auspicia magis rata sunt, quàm aliorum. Consul ab omnibus magistratibus & comitiatum & contionem auocare potest, prætor & comitiatum, & concionem usquequaq; auocare potest, nisi à cōsule minores magistratus nusquàm neque comitiatum, neque concionem auocare possunt. Ea re, qui eorū primus uocat ad comitiatū, is recte agit. Quoniā bifariam cum populo agi non potest, nec auocare alius alii posset, si concionem habere uolunt uti ne cū populo agant, quis

† Comitijs in auspicio

multi magistratus simul contionẽ habere possint. Ex his uerbis Messalæ manifestũ est, aliud esse cum populo agere, aliud contionem habere. Nam cum populo agere, est rogare ad populum, ad quod suffragijs suis iubeat, aut uetet. Contionem autem habere, est uerba facere ad populum sine ulla rogatione.

Cũ populo agere.

Contionem habere.

DE SENATORVM ORIGINE.

CAPVT PRIMVM.

SEnatorum originem à Romulo institutam esse, nemo ambigit. Quippe qui urbis parens & conditor, cum iam nouam ciuitatem, uiribus & robore iuuenum affatim à se munitã cerneret, haud minoris momenti fore ratus, si eandẽ consilij ope fulcisset, ex primoribus patrum, qui tunc aderant, ciuibus centum numero elegit, quos ob honorem patres, ob ætatem senatores appellauit, ut apud Lacedæmonios senes appellari eos, qui summum quendã magistratũ gerunt † C.ait. Qui uero ex his primoribus centum patribus geniti sunt, patritij nuncupati sunt. Hunc ordinem mox Tullus Hostilius expleuit, Alba à se diruta, Albanisq; in urbẽ inductis. Tũ Tullios, Seruilios, Quintios, Geganios, Clodiosq; senatores accepit. Exactis aũt regibus Brutus cõsul, exhaustũ bonis uiris senatũ intuẽs, primores equestris ordinis adscribi in senatores operã dedit, illosq; conscriptos pa-

Patres.

Senatores.

† alii habẽt Cicero.

Patritii.

Patres cõscripti.

tres appellauit, ex quo tempore patrũ conscriptorũ appellatio locũ habere instituit. Penes hos quidẽ senatores adeo semper totius reip. summa innixa est, ut ne reges quidem, consules, aut dictatores, aut alius quispiã magistratus, inconsulto senatu quippiam moliretur, adeo ut cum Tarquinius Superbus plæraq; præter senatus autoritatem decerneret, tum demũ amisso regio nomine, tyrannus appellaretur. Senatores uero triplicis ordinis fuisse reperi, alij enim patricij, alij pedarij, nonnulli uero conscripti appellabantur. Patritij sunt hi maxime, q̃ centum illis patribus à Romulo lectis geniti sunt. Conscripti uero senatores, hi qui regum, consulũ, censorũue decreto in senatum lecti sunt. Pedarios autem senatores uarijs rationibus appellatos inuenio, alij enim quod hi non haberent sententiæ dictionem in senatu, sed in aliorum sententias pedibus irent, dictos pedarios putant. Alij, quod essent pleriq;, qui magistratus curules adepti, sella curuli in senatum ueherẽtur, qui uero pedibus iter facerent, pedarij nominabantur. M. autẽ Varro equites quosdã esse ait, q̃bus amplioribus magistratibus functis, nondũ tamẽ à cẽsoribus in senatores lectis, nõ esset ius dicendæ in senatu sententiæ, cum tamẽ in senatũ uenire liceret. Sed quas sententias principes dixerãt, in eas descendebant. De ordine uero ac ratione consulendi senatus, quæ hucusq; reperi, ea potissimũ adducam. Aliquando enim primo rogari mos fuit, qui princeps in se-

Patritij. Cõscripti. Pedarij.

Ordo consulendi senatus.

natu à Censoribus positus fuerat, nõnunq̃ uero ut essent hi prius rogarentur, qui Consules designati essent, institutum est. Cicero autem in eo libro, quem inscripsit Catonem maiorem de senectute, tantum aliquando senectuti honoris tributum scribit, quod ut quisq; natu grandior esset, ita prior in senatu sentẽtiam rogaretur. Vsu tandẽ introductum esse dicitur, ut quem consul ipse rogasset, is prior ex sententia uerba faceret, alium tamen quàm cõsularem uirum rogari fas fuisse negant. Ex qua sanè cõsuetudine C. Iulius Cæsar in eo consulatu, quẽ geßit M. Bibulo, treis duntaxat uiros extra ordinem rogasse dicitur M. Crassum, Cn. Pompeiũ, & M. Catonẽ. Post M. Crassum Cn. Pompeium, ubi filiam sibi in matrimonio collocauit, rogare primum cœpit. Cum uero M. Catonẽ rogaret, atq; idem cum consulebatur de repub. nimis forte diceret, longioreq́; proinde oratione uteretur, qua omne ferè tempus, quod est habendũ senatui, tereret, Cæsar uiatorẽ uocauit, M. q́; Catonem, quoniã finem nõ faceret, præhendi loquentem, & in carcerem trahi iußit. Catonem cum imperio pareret, senatus consurrexit, & ad carcerem prosequebantur. Cuius rei quasi inuidia motus Cæsar destitit, atq; emitti iußit. De more autem habendi senatus M. Varro rogatu Pompeii librũ edidit, cum ille primum consul cum M. Crasso fuisset designatusr. Creditur quia foris, militiæq́; ad eam ætatẽ occupatus uellet, ciuilis consuetudinis, cuius expers erat, fieri peritior.

Varronis lib. de more habendi senatum.

ritior. Sed eũ librũ in ipsa Varronis ætate periisse, idem ipse in epistola ad Opianicũ scripsit. Qua in epistola multa scribere Varronem id genus A. Gell in cõmentariis noctiũ Atticarũ refert. Primum ibi scriptum fuisse, per quas personas haberi senatum liceret, nominat dictatorem, consulem, prætorem, tr. pl. interregem, præfectũ urbi, neq; ullis aliis ius fuisse senatum frequentẽ fieri iubere asserit. Addit deinde extra ordinario iure tribunos militares, qui pro consulibus essent. Item decemuiros, quibus imperium consulare tum esset. Item triumuiros reip. cõstituendæ causa creatos, consulendi senatũ ius habuisse. De præfecto urbi Latinorũ, utrum senatum habere liceret, non satis cõuenire ait, qui licere negauit, quod ne ille quidẽ senator sit, proinde ius dicendæ in senatu sentẽtiæ nõ habeat, in rationẽ adducũt, eaq; ætate, quæ nondũ senatoria sit, creari. M. autẽ Varro, & Atteius Capito, ius esse præfecto urbi, senatus habendi aiunt. Quandoquidem & tr. pl. q̃q̃ non essent senatores, ante † Acciniũ plebiscitũ ius senatus habendi esset. Scripserat etiam de intercessionibus, illis uidelicet ius intercedẽdi fuisse, qui uel ea potestate, uel maiori fuissent, iis qui senatus consultũ aut plebiscitum, uel aliud decretũ rogarent. De loco habendi senatus, aut senatus consulti rogandi, nisi in locis per augures constitutis, quæ templa appellabant, haberi rogariue posse negabant. Vnde & in curia Hostilia, in Põpeia, & post in Iulia, cũ profana essent loca, templa

Gell. li. 14. 7. cap.

† Atiniũ al.

Locus senatus habendi.

Tẽpus habendi senatus

per augures sunt constituta, ut in ijs senatusconsulta more maiorũ iusta fieri possent. De tempore uero habẽdi senatus, ita disserit. Ante exortum, inquit, solem, aut post eius occasum, senatus cõsultũ irritũ esse, opus etiã censorũ fuisse, per quos, & quo tpe factũ esset senatus consul.

Senatori a ætas.

De ætate aũt senatoria etiã adolescentibus senatorũ senatum ingredi licuisse, ueterum monumenta legentibus apparet. Quo minus uero tandem in senatũ illi ætati uenire liceret, Papyrij prætextati factũ in causa fuit, ut Valerius Maximus scriptũ reliquit. Tunc igitur constitutũ ne cui paucioribus xx. & quinq; annis nato senatũ ingredi liceret, ut est apud Plutarchum in uita Magni Pompeij. Item apud ius ciuile Romanorũ, quo nos etiam hoc tempore utimur, facile cõspirari licet. Qui uero senatus habiturus esset, auspicari primo atq; immolare hostiã debere, idem Varro censebat. Docuit & de diuinis rebus, prius q̃ de humanis ad senatũ esse referendum. Item senatusconſ. duobus modis fieri, aut per disceßionẽ, si cõsenti retur, aut si res dubia eẽt, p singulorũ sn̄iam. De pigno re quoq; capiẽdo, de multa irrogãda senatori, q pro tpe in senatũ uenire debuit, nõ interfuerit. Quantũ uero ad senatorũ familiã pertinet, senatoriarũ personarũ appellatione, & uxores cõtineri decretũ est. Adoptiuos aũt filios, & si ante q̃ patres in senatũ essent ducti, sese in adoptionẽ dedissent, senatores esse placuit. Si qs aũt ex patriciorũ ordine, plebeio homini se in adoptionẽ dediderit, patritiũ tamen manere cautũ est, quam legem ea tempe

Senatoriæ personæ.

In Pand. libro. 1. tit. de senatoribus hæc traduntur.

ſtate nullam fuiſſe arbitror, cũ P. Clodius uir patritius, quo tempore tribunitia poteſtate fungeretur, qua aduerſum Cic. factione uteretur, plebeio homini ſe adoptandũ præbuit. Contra ſenatorũ filiæ, niſi quæ ſenatoriis hominibus nuptui traditæ eſſent, clariſſimarũ fœminarũ nomine non continerentur. Senatoris uero filium à patre emancipatũ, & ſi filii nomẽ iure ciuili amittit, ſenatoriã tamen retinere dignitatem creditur. Poſthumi aũt, q̃uis poſt patris mortem naſcuntur, ſenatorii tamen homines appellabantur, eum uero qui poſtq̃ pater ſenatu motus eſt concipitur, & naſcitur nõ eſſe ſenatoris filiũ Proculus, & Pegaſus opinabantur. Si quis uero ante cõceptus fuerit, q̃ eius pater ſenatu amoueretur, non nocebit filio caſus patris, quominus ſenatoris filius cenſeretur, ſed ſi pater anteq̃ conciperet filium, ſenatoriã dignitatem amiſerit, ac deinde deceſſerit, filii autem in aui poteſtate ſenatoris reciderent, & ſi nõ quaſi ſenatore patre nati uideãtur, ſenatorii tamen eſſe cenſebantur. Mulieres aũt ſenatoribus primo, deinde inferioris ſortis hominibus matrimonio collocatæ, clariſſimarũ ordinis nõ ſunt. Itaq; impetrare pleræq; à principibus ſolẽt, ut nuptæ iterũ inferioribus uiris, in ſenatoria nihilominus maneant dignitate, ut dicitur diuũ Auguſtũ Iuliæ Maniæ conſobrinæ ſuæ indulſiſſe. Senatores uero ſenatorio ordine amotos, q̃uis capite nõ minuãtur, & ciuitatẽ retineant, iudicare tamẽ ac teſtimoniũ dicere, prohibet lex Iulia repetũdarũ.

DE TRIBVNIS celerum equitum.

CAPVT II.

TRibunos celerũ equitũ primus Romulus creasse fertur, cum tres equitum centurias, quarũ opera in omni reip. discrimine uteretur, adscripsit. Eas centurias, Ramnensium, Tatiensium, Lucerum appellauit, Rãnensiũ à Romulo, Tatiensum à Tatio, Lucerũ uero denominatio, ut Liuio placet, incerta est. Quos autem tertios his præfecit uiros, quos ex tribus elegit tribubus, tribunos nominauit, fuisse autẽ numero trecentos ait equites, eo quod singulis curiis, quæ triginta erant, decẽ adsciuerit. Quod uero celeriter accurrere eos uoluit, siquando respub. illorum opera indiget, appellari celeres uoluit. Sunt etiam qui à Celere quodã, qui primus iis ordinibus à Romulo præfectus fuerit, Remi interfectore, hoc nomen inditum esse opinentur, ut Ouidius in libro Fastorũ significare intelligitur.

Singulis Curiis decem Tribuni

Ouid. locus lib. 4. Fast.

DE QVAESTORIBVS.

CAPVT III.

QVæstoribus creandis origo uetustissima est, & ante oẽs penè magistratus instituti sunt. Gratianus autem in eo libro, quẽ de temporibus scri=

Vetusta quæstorum origo

psit, ipsum etiam Romulum & Numam, duos habuisse quæstores, quos non sua uoce, sed populi suffragio creatos, scriptum reliquit. Cæterũ ut Romulũ quæstores habuisse nõ usq; quaq; notũ est, ita Tullũ Hostiliũ regẽ quæstores habuisse cõstare nequit. Quod uero publicæ quærẽdæ pecuniæ præpositi essent appellatos aiũt. Quæstorũ uero ærarii, & urbanæ pecuniæ curã agere, prouintias partim exigẽdis uectigalibus sortiri, pleriq; (ut Gratianus dixit) epistolis in senatu legẽdis occupari. Iiq; nuncupati Candidati principis. Nonnunq; autẽ maleficia conquirere quæstoribus negotio traditũ est, ex quorũ exercendis quæstionibus, quæstores dictos fuisse, Mar. Varro opinari uidetur. Quæstores ut ferè omnes reliquos magistratus tam plebeios, quàm patritios promiscue creari obtinuit, quæ potestas, quoniã minoribus adscribitur, neq; præhensionem, neque uocationem habet. Et quemadmodum priuati in ius ad prætorem uocari solent, eadem gerendorũ honorum, dicendæq; in senatu sententiæ initium fuisse perhibetur. Etiam quia de capite ciuis Romani iniussu populi, non erat permissum consulibus dicere, propterea quæstores constituebãtur à populo, qui in capitalibus præessent rebus. Ii appellabãtur quæstores parricidii, quorum & meminit lex duodecim tabularum.

Canditati principis.

Quæstores parricidij.

FENESTELLA
DE INTERREGIA POTESTATE.
CAPVT IIII.

ROmulo ergo humanis iam rebus subducto, fluctuantibus patrum animis, quo pacto rempublicam procurarent, quem in demortui regis locũ suffecturi, aut quo tandem pacto essent, ne noua multitudo sine rege ac duce paßim uagaretur, ac uicinorũ tandem irritatis animis, urbem rectore uacuam uis aliqua externa adoriretur, difficultati rerum cõsulere rati, centum patres decem decurijs factis, singulos ex singulis legunt, qui summæ rerum præessent. Ex ijs unum qui insignibus imperij, & fascibus esset decernũt. Quinq; dierũ spatio finiebatur imperium, eoq; pacto uicißim inter se sortiebantur, dum orbe exacto annus circumageretur. Sed huius imperij cum iam pertesum uideretur, ac plebs pro uno rege, centum sortitũ esse quereretur, audirẽtq; ea moueri patres, qui uel imperiũ poscituri esse uidebantur, per speciem beneficij ultro offerendũ rati, summam potestatem populo permittunt, statuúntue, ne plus iuris ac potestatis futuro regi permitterent, q̃ apud se retinerent, simul decernũt, quem populus ipse regem iußisset, ita demum ratus haberetur, si patres autores extitissent. Tum interrex concione aduocata, quod bonũ faustum, felixq; sit, inquit, Quirites regem create si dignũ, qui secũdus à Romulo sit creaueritis, patres autores fiẽt, atq;

Decuriæ patrum. Ex Liuio.

Interrex.

ea conditione reges creabant, apud quem summa rerum erat. Dum regia potestas uacans erat, interrex appellabatur. Apud minores uero Romanorũ cum reipub. causa abessent consules, neq; habendis comitijs interesse possent, siue uitio consules creati essent, si dictatorem comitiorum causa dici nõ placuisset, res ad interregem deducebatur, ac per interregẽ cõsularia comitia habebãtur.

DE DVVMVIRIS CAPITALIBVS.

CAPVT V.

SI duûmuiratus capitalis repetere originem uolueris, usq; à Tulli Hostilij regis temporibus erit repetenda. Is enim bellum cum Albanis gesturus, copias iam è campis in aciem eduxerat. Tum Metius Suffetius Albanorũ dux, regem Romanorũ ad colloquiũ uocauit, qui ubi in conspectum uenerunt, diu de conditionibus pacis inter eos agitatum est, hanc tandem conditionem inierunt. Erant in exercitu Albano trigemini fratres, qui Curiatij appellabantur, ut hi cum trigeminis Oratiis Romanis ferro dimicarẽt utrius exercitus uictores eßẽt, is populus cũ bona pace, alteri imparet. Armati ergo hinc Oratii, illinc Curiatii, in campũ prodeunt, diu uario Marte pugnant, ad extremũ tres Curiatii, atque ii quidem omnes saucii, duos ex Oratiis obtruncãt, tertio integro relicto. Iuuenis ergo integer corporis, animiq; uiribus, ne si stando tutari ictus non poßet, ambire

campũ instituit, ex Curiatiis, qui ualidior erat, metu exa
nimatũ fugere ratus, persequi illum, ægre licet, pergit.
Oratius ubi alterũ longè ab alijs esse cernit, Curiatiũ ag
greditur, parumq; ualidum facile obtrũcat. Accurrentẽ
fratri ferre auxilium, primo illo etiam infirmiorem, &
uix sustinentem arma facilius occidit. Tertiũ graui uul=
nere, metuq; grauiore, minore negotio confodit. Iuueni
ergo Oratio omnium cõsensu gloriosissimus triumphus
decernitur. Triumphanti ergo cum omne genus homi=
num, tum Oratia soror uenit obuiam. Hæc Oratia alte=
ri ex Curiatijs forte desponsata fuerat, quæ ubi conspe=
xit occisi nuper à fratre uiri pendentes ab hasta exuui=
as, lamentis & fœmineo eiulatu complebat omnia, cuius
rei indignatione sororem interfecit, ratus publicam læti=
tiam turbasse. Triumpho ergo acto Oratius ad regem
trahitur, in carcerem seruandus traditur, ergo omnium
sententia Oratium damnat capite, sed recens tam insi=
gnis facti memoria permultum fauoris à rege ipso sibi
uendicat. Dilatione ergo iudicij rex quæritans, tum pri
mum duos uiros creat, quæstionem iudicij ab se ad illos
reijcit, quid plura? duumuiri plectendũ capite Oratiũ
pronunciãt, sed Oratius ab illa sententia populũ appel=
lat, res ad populi iudicium reijcitur. Tum uero senis, or
biq; trium liberorũ parentis lachrymis, & pro concio=
ne orationibus acta, insignis actæ rei recenter memoria
reum iuuenẽ populus absoluit. Tum ergo duumuiris ca=

r uiũ de rebꝰ
capitalibꝰ iudiciũ.

pitalibus initium esse cœpit, unius tamen † argumẽto tri umuiri collegæ facti sũt. Quod uero capitalibus quæstio nibus præessent, & carceris rerũ capitaliũ agerẽt custo diam, capitales appellati sunt, cuius etiã magistratus in damnatione C. Manlij Capitolini opera usum pop. Ro. Liuius meminit. Eorundem interuẽtu trium uirorum in eos, qui cum L. Catilina coniurauerant, animaduersum est, ut meminit Sallustius.

† augmẽto

DE PRAEFECTO VRBIS.

CAPVT VI.

DE præfecto urbis nusq̃ antea quicquã reperitur, quàm de Sp. Lucretij patris Lucretiæ præfectura, nõ tamen alios reges præter Tarquiniũ Superbũ, præfectos urbi creare potuisse negauerim. Quo sese res uertant, cum regibus proficisci opus foret, penes præfectum urbis summa rerum relinquebatur. Vbi autẽ imperiũ propagatũ est, totius Italiæ iurisditio ad præfectum urbis delata est. Omnia enim crimina, quæ per totam Italiam admittebantur, ut epistola diui Seueri ad Fabium Cylionem cautum est, præfectus urbis sibi uendicat. In initio uero eius epistolæ ita scriptum est. Cum urbem nostram fidei tuæ commiserimus, quicquid intra urbem admittitur, ad præfectum urbis uidetur pertinere. Sed & si quid intra centesimũ lapidem admissum sit, præfecti urbis ad cognitionem pertinet. Si ultra centesimum

Eadẽ ferè ad uerbum prodita in Pãd. de off. præf. urbis

lapidem adnissum fuerit, urbis præfecti notio non erit. Audiet seruos qui ad statuam confugerint, aut qui de dominis cõquerantur, quod de suo peculio empti, nõ manumittantur. Audiet dominos egentes, & qui se ægros esse dicant, desiderentq; sibi à liberis suffragiũ impendi. Relegandi etiã, deportandiq; insulã, potestatẽ præfectus huiusmodi obtinet. Si quis aũt seruum suũ in uxorem suam adulterium cõmisisse asserit, apud præfectũ urbis erit audiẽdus. Neq; est alienũ ab eius potestate, ut corã ipso interdicatur, qd' ui aut clam exercetur. Solẽt item ad præfectũ urbis tutores, curatoresq; remitti, qui male in tutela, curaq; uersati fuerãt, quiq; grauiore animaduersione ꝗ ut suspectorũ crimen incurrãt, indigent, seu quos probari poßit, datis nummis tutelã occupasse, seu accepta mercede operã dedisse, quominus idoneus tutor aßignaretur alicui, uel cõsulto circa edẽdũ patrimoniũ eius quãtitatẽ minuisse, siue euidẽti fraude pupilli bona alienasse. Id quoq; iniunctũ est huic magistratui à diuo Seuero, ut mãcipia tueatur, ne prostituãtur. Curare præterea præfectus debet, ut nummularii probè se agant circa suæ profeßionis negotia obeunda, temperetq; ab iis, quæ leges non admittunt. Si aũt patronus se à suo liberto, aut docuerit, aut cõtumeliosum sibi libertũ queratur, siue se conuitiũ ab eo passum, liberó sue suos, uel uxorem, aut quid simile obiectũ fuerit, præfectus urbis adiri solet, & pro modo querelæ, corrigere eum aut cõminari, aut fusti

bus castigare, aut ulterius procedere in pœnã solet. Qd si delatũ se à liberto, aut contra se cũ inimicis conspirasse doceat, etiã in re tali præfectus in eum pœnã constituet. Cura etiã rei macellariæ omnis, ut iusto pretio ueneat, ad officiũ præfecti pertinet, & ideo forũ boariũ, suariũ, piscariũ, & olitoriũ ad eundẽ præfectũ ptinet. Ad tuendam quoq; populorũ quietẽ, dispositos stationarios milites habere debet, curareq; ut sibi quod ubiq; agitur, p delatores denuncietur. Potest etiã urbi interdicere negotiationi, professionibus, aduocationibus, & foro ad tempus & in perpetuũ. Sed cũ multo tpe præfectus urbi creatus fuerit, demũ illius ditiõe delata ad prætorẽ, trãslata Latinarum feriarũ, duntaxat creari cœptus est. Et cũ cæterorum omniũ magistratuũ fora quiescerent, soli præfecto urbi Latinorũ subiacẽt, ne quis alterã magistratuũ speciem arbitraretur. Pleraq; quæ ad præfecti ditionem pertinere uidebantur, de industria omissa sunt.

DE CONSVLIBVS.

CAPVT VII.

Consularẽ potestatẽ regiæ pocẽstatis exẽplo accersitam fuisse, uetustatis monumenta declarãt. Ex actis enim regibus, duo uiri creati sũt, qbus præter q̃ qd annuũ impiũ datũ est, nihil aliud immutatũ est. Itaq; lictores & trabeã, cæteraq; regũ insignia tenuere. Quod consulere remp. deberẽt, cõsules appellauere.

Consules unde.

Iniunctumq; ut omnium, quæ è repub. fore arbitrabantur, diligenter curam agerent. Primi consules post exactos reges fuere L. Iunius Brutus, & L. Tarq. Collatinus B. rutus cum collega egit, ut penes alterũ duntaxat fasces forent, ne si penes utrunq; populus cõspexisset, duplicatũ terrorem ex uno ad duos reges quereretur. Xij. erant numero lictores, qui cum fascibus uirgarum securim cuique consulum praferebant. Quem numerum lictorum collegisse Romulũ ferunt, eo quod. xij. uultures in Auentino monte, cum augurijs cum fratre contenderet, inspexit. Nonnullis autẽ atq; idoneis autoribus, hoc ut pleraq; alia, scilicet apparitores, sellam curulem, togam & prætextam ab Ethruscis finitimis populis adsciuisse uerisimilius uidetur. Ethruscos enim cum duodecim populis constarent, rege cõmuniter creato, unum lictorem regi singulos exhibuisse. Lictores aũt à ligando dictos existimant, quod quem consules præhendi ligariq; iußissent, præsto essent ad præhendendũ, & uenientes consulibus obuiam, de equo descendere iuberent. Iunio autem Bruto altero ex primis consulibus in bello extincto, cum solus P. Val. in cõsulatu remansisset (Hic enim in Tarquinij Collatini locum susceptus erat, quod ille ob inuisum Tarquiniorũ genus, se consulatu abdicare compulsus esset) ut sunt mutabiles uulgi animi, in ipsum nõ inuidia modo, sed suspicio etiam cum atroci crimine oborta est. & cum consul aduocata concione se expurgas-

Lictores unde.

ſet, autor eſſe inſtituit ferendæ legis, ut aduerſus omnes magiſtratus eſſet prouocatio. Tum uero conſularis autoritas, regiæ poteſtatis lõgè inferior eſſe cœpit, ac libertatis iacta ſemina mirum in modum conualuiſſe uiſa ſunt. Conſules niſi à patribus creari, quod apud alios auſpicia non eſſent, religionem fore aliquando creditum eſt. Profligato tandem Gallico bello (eo ſcilicet quo T. Manilius Torquatus torque hoſti Gallo, quem ſingulari certamine occiderat, detracto, Torquati cognomen ſibi, poſterisq; ſuis clariſſimum dedit) aſſiduis tribunitijs ſeditionibus uicti, alterum ex plebe conſulem creandum conceſſere. Primus aũt de plebe conſul L. Sequacius creatus eſt, & cum antea tribunos militum, qui pro conſulibus eſſent, ex ſuo quoq; ordine creari plebs obtinuiſſet, ſæpenumero creationi tribunorum, cõſularis poteſtatis intermiſſio occurrit, adeo ut duobus aliquando, nõnunquã pluribus, ſæpe etiã paucioribus annis conſulare imperium uacauerit. De conſtitutione uero conſularis poteſtatis, id uulgo compertũ eſt, habitis ſcilicet per conſules, ſiue alterum duorũ, ſiue per interregem aut dictatorem comitijs, quæ tribuum, centuriarumq; conuentu ac ſuffragijs conſtant, & in campum Martium accitis, qui conſulatum petituri erant, in campum deſcendunt, atq; eo quod tunc cãdidis ueſtibus induti ſunt, Candidati uocantur. In quem igitur populi ſuffragia, cõſularibus habitis comitiis, ſuffragiisq; rite pactis, cõcurebant, is erat

Torquati cognomentum.

Candidati.

consul designatus. Sed quoniã de comitiis habuimus mẽtionem, nõ incongruũ est, hic nõnihil ex iis, quæ ad nos usq; peruenerunt, adscribere. Comitiorũ enim alia calata, alia tributa nuncupãtur. Calata uero dicta, quod per lictorem curiatim calari, id est uocari. Ea uero in cẽturiata & curiata diuiduntur. Curiata ex curiis, quæ triginta numero erant, & omne genus ciuium continebant, per curiatũ lictorem uocabantur. Centuriata uero per cornicinem ex censu, & ætate accersebantur. Tributa uero ex omnibus regionibus urbis, ac tribubus (ut reor) nuncupata constabant. Centuriata autem fieri intra pomœrium nefas erat, quia exercitui (ut ferunt) nisi extra urbem imperari ius nõ sit. Propterea Centuriata in campo Martio haberi, quod exercitui imperari præsidii causa solitum sit. Illud præterea necessariũ consulatum petentibus, ut per seipsos comitiis interessent, per alios petendi facultas nullo pacto decernebatur. Quinetiã perscribendis cæteris magistratibus obseruatum uideo.

Comitiorũ diuersitas.

Eam præterea potestatem, de qua agimus, & filiifamilias, & sui iuris constituti consequuntur, seq; ipsos apud se sua autoritate emãcipandi facultas est. Tandem etiam institutum, ut qui consules fierẽt, ipso iure sine emancipatione à patriæ potestatis uinculo liberarentur.

DE DICTATORE.

CAPVT VIII.

DIctatorẽ Albanos prius q̃ Romanos habuisse, quippe qui Metium Suffetium habuerunt, testis est T. Liuius. Apud Romanos uero primus dictator factus est. T. Largius primũ consul, quo anno, quibúsue cõsulibus nõ satis constat. Illud uero liquet, Latino, Sabinoq́; bello impendente, quadragintáue populis in Romanos coniuratis, concitante † Mamilio Octauio Tusculano, Tarquinii Superbi genero, qui eum penes exulabat, dictatorem Romæ creari instituisse. Ea summa quidem potestas apud Romanos fuit, à qua nec prouocandi ius fuisse, & animaduersum in capite cuiusq; ciuis Romani, totiusq́; reip. summã ditionem penes ipsum habuisse, ueterũ scripta testãtur. Lictores & uniuersa regũ insignia dictatori attribuere, quia aũt summũ ei in populũ ius, sũmaq́; potestas fuit, magister populi cognominatus est, ex quo factũ, ut qui potestatem aliquã de publico haberet, utpote quod à suprema dictaturæ potestate ortum duceret, magistratus, uelut à candido candidatus uocaretur. Dictator autem nullo alio pacto creari consueuit, quàm cũ uis aliqua maior de improuiso oborta, ingentem urbi cladem minitari uideretur. Prius nõ nisi è patribus uelut pleraq; alia, Dictatorem legi fas fuit, tandem ut cætera quoque idipsum imminutum est.

† Manilio al's.

Magister

Bello enim quod po. Ro. cum Faliscis geßit, Tarquinen sibusq;, primus de plebe dictator creatus est C. Marius Rutilius, qui & ipse magistrũ equitũ etiam de plebe hominem L. † Plautiũ dixit. Hunc magistratũ, quoniã q̃ amplißimus esset, nõ nisi sex mẽses retinere licuit, quod uero futuros dictitare magistratus solitus sit, appellatum esse dictatorem M. Varro ait. Hius etiam prætextu magistratus L. Sylla, ac deinde Iulius Cæsar rempubl. oppressere, tyrannidis inuisum, atq; infame nomen euitare cupientes. De dictatore ergo, quantum per ueterum disquisitionem licuit, diximus.

† C. Plautium alii.

Dictator unde appellatus.

DE MAGISTRO EQVITVM. CAPVT X.

QVales tribuni celerum apud reges, tales fermè apud dictatores magistri equitum fuere, & ut dictatori ius summum in populũ fuit, ita in omnes milites & accensos magistro equitum fuisse, traditũ est. Primus magister equitũ Sp. Cassius fuit, à T. Largio, primo dictatore creatus. Id demum officii fuit magistris equitum apud dictatores, quod tandem præfecto prætorio apud Cæsarem.

Præfectus prætorio.

DE TRIBVNO PLEBIS. CAPVT X.

TRibunis plebis creandis initiũ fuit secessio plebis à patribus in montem Sacrum facta. Transacto enim

enim bello, hinc Volſcorum, illinc Equorum atq; Sabinorum, cum ex promiſsis patrum ferendæ legis, de liberanda à nexibus fœneratorũ plebe, ſpes quibuſdam certis indicijs uerſaretur, quæ tum quadam, ac nimia luſione protrahi uideretur à patribus, M. Valerio dictatore creato, qui ad populares ſeditiones comprimendas, ingens q; gerendum bellum mitteretur, cumq; pro plebe, ad ferendam legem intercedere cœpiſſet, & ſe & plebem fruſtrari uideret, magiſtratu ſe abdicauiſſet, accederetq; ad indignationem plebis, quod patres plebis animos à ſeditionibus auertere rati, ſub prætextu ſacramẽti conſulibus præſtiti, nouo bello cogere ad militandum, adnitebantur. Plebs permoleſte id ferens, in montẽ Sacrum, qui eſt trans Anienem, tertio ab urbe miliario, ſeceſſit. Quod cum ingentẽ trepidationem incuſsiſset patribus (quonam enim modo urbem omnium militũ robore exhaustã, ſi qua uis belli aliqua ex parte irrepſiſset, tutari remp. facultas dabatur?) Meneniũ Agrippã ſummæ ea tempeſtate autoritatis uirum, plebi charum pariter ac patribus, legatum ad componendã popularem ſeditionem decernunt, qui graui uſus oratione, in qua apologum de conſpiratione membrorũ contra uentrem induxit, quemadmodum uentri ea conſpiratio cladẽ attulerit, uſq; eô deliniuit plebis animos, ut illius opera pacẽ cum patribus iniuerit. In cuius pactione fœderis, conuenit, uti plebeios in urbe magiſtratus obtinerẽt. Duos er

Mons Sacr

Menenius Agrippa

go tribunos tum habere plebs cœpit A. Vir. T. Vetusio consulibus. Alia rursus seceßione, tres additi Appio Claudio, & C. Quintio consulibus. Mox quinq; item alii, cõsulibus M. Oratio Puluillo, & Q. Minutio. Hoc pacto decem tribunis in plebem Romanũ fuit iurisditio. Tribunorum uero tanta creuit autoritas, ut quicquid senatus decreuisset, ita demum ratum haberetur, si tribuni approbassent. Stabant ergo in uestibulo curiæ, ubi habebatur senatus (templum enim ingredi nõ licebat) & quæcunq; senatores decreuissent, tribunis animaduertenda perferebãtur, ut si pro republica fore uiderentur, approbarent, cætera ad arbitrium reiicerent, tanquam senatus consulta approbassent. T. literam in tergo adiiciebant, haud alio pacto rata iudicatũ iri. Sed de tribunitia potestate, si latius † patere uobis uoluerimus, Labeonis Antistii iuris peritißimi constat sententia, cuius uerba, quemadmodum apud Aul. Gelliũ scripta reperi, ita ipse scripsi. In quadam, inquit, epistola Attei Capitonis scriptum legimus, Labeonem Antistium legum atq; morũ pop. Rom. iurisq; ciuilis doctum apprime fuisse, sed agitabat, inquit, hominem libertas quædã nimia, & uecors usq; eô, ut diuo Augusto iam principe, & rempub. obtinente, ratum tamen pensumq; nihil haberet, nisi quod iustum, sanctumq; esse in Romanis antiquitatibus inuenisset. Ac deinde narrat, quod idem ipse Labeo per uiatorem à tribuno plebis uocatus, responderit. Iußit enim ei,

Tribunorum auctoritas

T. litera.

† facere uerba.

A. Gell. lib. 13. cap. 12.

qui missus erat, ad tribunos plebis redire, eisq; dicere, ius eos non habere, neq; se, neque alium uocandi, cũ moribus maiorum, tribuni plebis præhensionem haberent, uocationẽ non haberent. Posse igitur eos uenire, & præhendi se iubere, sed uocãdi absentem ius non habere. Idq; etiam apud Varronem in libro rerum hnmanarum scriptũ asserit Au. Gellius. Qui sanè Varro, cum triumuir esset, asserit se à tribuno plebis non uocatũ fuisse, cum tribunus plebis esset, neminem uocari iußisse. Maximæ uero partes tribunorũ interceßionibus extitere (id quidẽ est uim à cæteris magistratibus prohibere fieri) aut minores in legibus ad populum ferendis, quæ plebiscita appellantur. In quibus sanè rogandis, patrum interesse nulli admodũ ius fuit. Quinetiam in prouincijs proconsularibus aßignandis, ut idem apud Plutarchum in uita M. Catonis, maxime in tribunatu P. Clodij. Licet istud etiam obseruatum est inter tribunos, si cæteri omnes unam rem probassent, unus uero id prohibuisset, plus cæteris quidem omnibus in ea probatione polleret, & reliquos omnes facile impedire posset.

DE PROCONSVLAri potestate. CAP. XI.

DE hac quidẽ potestatis specie, nihil quicq̃ prius reperi, q̃ bello à pop. Ro. cũ Equis infeliciter

gesto, maximoq; terrore urbi illato. Tum enim cõsul, qui in urbe remanserat, quo celerius delectum facere posset, proconsulem creauit, qui obsesso collegæ auxiliũ afferret. Creatus est igitur proconsul T. Quintius, Albo Post humio, & Sp. Furio consulibus. Quod uero pro consulibus mitterentur, eorumq; uice functuri essent, proconsules appellati sunt, ijs magistratibus cætera quidem consularia insignia concessa sunt, præterq; quod sex duntaxat lictoribus uti iniunctũ est. Qua tempestate nõ ordinaria quidem, sed delegata iurisditiõe proconsul (de quo agimus) utebatur, q̃uis postea usu euenit, ut propria huic magistratui iurisditio competere instituerit. Propagatis enim imperij finibus complurium, & ingentiũ bellorum administrandorũ cura exorta, obseruari cœptũ, ut quo quiq; anno consules fuissent, sequenti proconsules remanerent, in uarias prouincias cũ imperia sortirentur. De finibus autẽ proconsularibus, quæ nancisci potui, ea breuiter subijciam. Potestatem suã proconsul, nisi in ea prouincia, quam est sortitus, exercere non potest, quãuis uoluntariã (ut aiunt) iurisditionem, eam esse autoritatem, manumittere seruos suos apud se uolentes, aut se adoptãdos dari paßim præstare. Contentiosam uero iurisditionem, præterq; in prouincia tractare nõ potest, ne quicquam in prouincia negotiorũ exoriretur, quin ad procõsulis administrationem pertinere soleat. Sin autẽ fiscalis causa inciderit, melius faciet ad procuratorẽ Cæsaris de-

ferre. Si uxorem secum in prouinciã duxerit, quod non fecisse decẽtius putabitur, ea † quæ deliquerit in eã ipsam animaduertet. Obsonijs dono mißis, ut prorsus abstinere non debet, sic in accipiendis modum seruare, ualde enim inhumanum est à nemine accipere, paßim uero uilißimũ & penitus auarißimũ. Ab alijs uero rebus dono mißis, omnino abstinere proconsulem oportet. Item ab emptionibus omnium rerum, præterq̃ uictus quotidiani causa. Lites uero, quæ seriosa excußiõe, animaduersioneq; indigẽt, summatim pertractare ac diffinire nõ debet. Quæ cognitionem exactiorem non desiderant, ut obsequium à liberis & patrimonijs exhibẽtur, à liberis summatim animaduersa pronunciare poterit. Parum aũt obsequentes patronis suis libertos, cum uerbis paulò atrocioribus exterreat, tum etiam fustiũ castigatione coërceat, absq; iudicio sapientis, ac fori strepitu. Non habentibus autem aduocatũ ob inopiam, seu aduersarij potentiã, ultro exhibeat, ac deniq; uniuersa expediat, quæ mero (ut aiunt) imperio aßignari solent. Id enim significat gladij potestatẽ in facinorosos, seruosq; animaduertendi. Sed quoniam negotiorũ prouincialiũ multitudinem, per seipsum obire proconsulem difficile est, legatũ proconsules habere solent, de cuius officio pauca uidenda sunt.

† al. q;.

† Xenijs legendũ erit, nã sic in Pãdect. quoq; legitur, unde hæc sunt transcripta. Quanq̃ & ibi corupte pro xenijs exenijs paßim uulgus iureconsultorũ legit.

Merum imperium.

DE LEGATIS PROCONSVLVM

CAPVT XII.

SOlent proconsules ob rerum gerendarum multitudinem, in prouincia legatos statuere, qui nõ propria, sed mandata iurisditione utuntur, quos prius etiam, q̃ in prouinciã peruenerint, sibi substituere nõ possunt. Si quid autem legato occurrat, cuius rei grauitas exactiorem diligentiam exigat, ad proconsulem remittere legatus debet. Neq; enim animaduertendi, coërcendi, seu atrociter uerberandi legato licentia est. Iudices tamen litigãtibus, tutores etiam pupillis dare potest, custodiarumq;, quæ per prouinciam dispositæ sunt in stationibus, proconsul legatam cognitionem cõmendare, nec prius q̃ è prouincia proconsul discedat, legatum dimittere consueuit. Et si diem suum obierit in prouincia, proconsul ita demum sibi mãdata negotia exiget, ac si res integra non inueniatur. Si uero abesse à prouincia proconsulem fortasse contigerit, causas etiam quæ animaduersionem exigant, delegabit.

In pãdectis legitur, legatus ius habet.

DE AEDILIBVS PLEBEIS.

CAPVT XIII,

AEdilitatẽ plebeiã pro uetustissimo magistratu habeo, & utrũ ædiles ante tri. pl. creari cœperint ambigo, memor q̃ exactis regibus ad secessionẽ plebis in Sacro mõte factã, maxima qd ẽ pars po

puli Ro. tãto tẽpore absq; aliquo in repub. magistratu, à quo tueretur, extiterit. Quin apud Liuiũ haud multo post Tr. Pl. creatos pestilẽti quodam tẽpore, cum & cõsul alter obisset, alter uero ægram animã traheret, apud ædiles plebeios, & consularem, & tribunitiã potestatẽ, & tandem totius reip. summam recidisse constat. Non quod illos tunc primũ creari cœptos appareat, sed q; lõge antea creatos esse potuisse facile sit. Crescẽtibus aũt plebeis opibus, ita ut etiã dictatores ac pontifices de suo quoq; corpore præstarẽt, atq; patres multoties à plebe uicti, duos ædiles plebeios à patribus creãdos puicerũt. Nam cũ ædilibus ludos faciẽdos, solẽnesq; p ordinibus in concordiã redactis dies, in fastis referẽdos mandarẽt, negarẽtq; se id esse facturos, ædiles plebis cõclamatũ esse à iuuenibus patritijs dicitur, se id honoris deorum immortaliũ causa libẽter acturos, ut ædiles fierẽt, qbus cũ ab uniuersis gratiæ actæ essẽt, Senatusconsultũ factum est, ut duos uiros ex patribus, qui ædiles forẽt, dictator populum rogaret, patres comitijs autores forent. Duo ergo patritij ædiles creati sunt Cn. Quintius Capitolinus, & P. Cornelius Scipio. Sed duos tandem ædiles creatos alios à Iulio Cæsare, qui quoniã frumento præessent. Cereales appellati sunt. Apud idoneos inuenio autores, ædiles à sacrarum ædium quam gerebant cura, appellatos esse. Curules uero ij qui ex patribus creati sunt, quoniã sella curuli ueherẽtur, cognominati sunt.

Cereales ædiles.

Curules.

Plebei uero & curules iam adeo manifesto cognomine sunt, ut interpretatione non egeāt nostra. Ludos instituere quauis causa, quibusue in spectaculis fierent, ad ædilium partes pertinet. Id etiā erat haud leue ædilitatis munus, ut sua quisq; ædilis factus impēsa, ludos pro modo patrimonij, ac dignitatis suæ celebrādos procuraret. cuius instituti M. Cicero in ijs libris, quos de officijs ĩscripsit, cum de sua, & Magni Pompeij ædilitate meminit, locuples testis est. Asconius autem Pedianus Pompeium ædilem creatum, theatrū, quod sua impensa ædificauerat, magnificentissimis ludis, in quibus currus cum elephantis induxerit, dedicasse ait. Id etiam in argumētis comœdiarum, quibus nomina ædilium, qui ludis præfuerant, adscripta sunt, facile est animaduertere. Locorū autē discretio, et cuilibet ordini p dignitatē assignatio, ædiliū muneris est. Val. Max. scripsit Attiliū Seranū, & L. Scribonium ædiles, senatus, ac plebis loca secreuisse. Quod si seruum quispiā, aut iumentū morbosum, aut uitiosum, pro integro sanoq; uendiderit, edicto ædiliū emptori succurreretur. Quod uero cloacæ publicæ, & aquæ ductus, cæteraq; ædificia lauta, mūda, integraq; & expedita asseruarentur, ædilium officium est. Deniq; quicquid rerum uitiosarum pro syncero, fractū pro integro usq; uenisset, ædilitio edicto redhiberi solet.

Ædiliū munera.

DE DECEMVIRIS LEgum ferendarum causa creatis.

CAPVT XIIII.

DEcemuiris summam potestatem ineuntibus, magistratus omnes q remp. agebãt, exoluere fas erat, quibus creandis hoc in causa fuisse perhibetur. Plebe enim quotidianis seditionibus, tũ ob creandos de plebe magistratus, tum ad ferendam legem de soluendo à nexibus fœneratorũ, sæpe etiam de connubio, ut inire liceret plebi cum patribus, nõnunquã ob ferendam legem agrariam, diuina simul humanaq; omnia miscento, & tandem communes quasdam leges ferri petente, ne quis esset inuidiæ locus, leges extraneas accersiri placuit. Missi ergo tres Athenas sunt legati, qui inclytas leges Solonis scriptas ferrent, iura etiam, & mores aliarũ ciuitatũ noscerent. Ii fuere Sp. Posthumius Albus, A. Manlius, & P. Sulpitius Camerinus. Legati igitur anno tertio postq̃ recesserant, leges scriptas referũt, pro quibus sane censendis, promulgãdis, centuriatis comitijs (quod, ut sanctiores essent, fieri oportebat) decemuiros creant, qui suo arbitratu leges promulgarẽt. Ii fuere App. Claudius, T. Genutius, P. Sextius, L. Veturius, C. Iulius, Au. Manlius, P. Sulpitius, P. Curiatius, T. Romulius, Sp. Posthumius. Placuitq; ne ab horum potestate esset prouocatio. Penes uero alterũ, ut sors foret, quo adusq; omnem numerum peruasissent, certis diebus le-

Referũtur hæc à Liuio lib. 3.

ctores forent. Eodem ergo anno decem tabulas edunt, potestatē inspiciendi omnibus faciunt, edicunt, agitent secū omnes, & si quid emendari, suppleri, minuiue opus esse censeant, omnium sententias æquo animo esse audituros.

Decem tabulæ.

Postq̄ satis emendata esse apparuit, decē tabulis scriptas leges centuriatis comitijs proferunt, ac simul se magistratu abdicant. Cum uero rumor percrebuisset, duabus alijs tabulis ius populi Ro. plenum ac absolutū fore, iterum habitis comitijs alij decem uiri subrogati sunt. Tum Appius, cui comitia habere datū fuerat, sese contra ius, fasq; decemuirū creat. Collegæ fuere M. Cornelius Maluginēsis, M. Sergius, L. Minutius, Q. Fabius † Vigilanus, Q. Petilius, T. Antonius Merenda, Ceso Duilius, Sp. Opius Cornicen, M. Robuleius. Operæ pretium est audire, quàm ij decemuiri per spem, ac libidinem dominandi, omnem reipublicæ speciem Idibus Maijs, quo iniere magistratum, cum duodenis singuli fascibus forum compleuere. Neque enim ad rem pertinere demi secures, quando absque prouocatione creati essent, interpretabantur. Decem ergo, regum instar, primo conspectu præbuisse ferunt. Incredibile est enim quantum ea res urbi terrorem iniecerit. Neque suus urbem fefellit timor. Primum cum abstinere à patribus cœpissent, in humiliores crudelitatem, libidinemq; exercebant. Hominum, nō causarum tot erant, ut apud eos gratia potius quàm æqua ui iudicia haberent. Domi cōtrahebant, pronuncia-

† al' Vibulanus.

bant in foro. Si quis collegam appellasset, ab eo quem appellauisset, ita discedebat, ut pœniteret primo decreto non stetisse. Opinio etiam fuit, fœdus clam inter eos iure iurando dictum, ne comitia haberent, perpetuoq; decemuiratus possessum semel obtinerent imperium. Hac conditione iam maior anni pars processerat, & duæ tabulæ ad decem adiectæ fuerant, nec quicquam aliud supererat, nisi ut centuriatis comitiis proferrentur. Hoc peracto cum laberetur annus, nullaq; comitiorum mentio haberetur, & quamuis anni factos exactione priuatos plebs obstreperet, ac libertatem penitus amissam conquereretur, eo illi nihilo communiore facta, hac petulantia abutebantur. Sed hos urbanos strepitus nunciatum bellum à Sabinis, Equisue impendere paululum intercipit. Habito enim delectu decemuiri, armato exercitu in bellũ prodeũt. Dum bellum uario euẽtu geritur, App. Claudius decemuir, q̃ gerẽdis rebus urbanis remanserat, plebeiæ uirginis, cuius amore deflagrabat, stuprandæ consilium capit. Pater eius L. Virginius, qui tũ honestum ordinem in castris ducebat, Icilio cuidam tribunitio uiro, puellam desponderat. Hanc uirginem forma egregiã cum Appius prece, & pretio tentasset pellicere, parumq; sibi succedere cuncta cerneret, animũ ad crudelitatem, superbiamq; conuertit. M. Claudio clienti negotium dat, ut coràm se pro tribunali sedente, puellã in seruitutem asserat. Cæteros omnes qui libertatẽ asse-

Decemuirorum tyrannis.

App. Claudii libidinis exemplum.

rant, reiecturũ promittit. Opportunitatem ergo nactus M. Claudius libidinis minister, transeunti per forum puellæ sceleratas manus iniecit, seruam suam, seruaq; natã appellans, ac sequi se puellã iubet, cunctantem ui abstracturus esse uidebatur. Cum ad clamorem ereptæ, nutricisq; fidem Quiritũ implorantis, multitudinis concursus factus esset, iamq; ui tuta esse uideretur, tum Claudius nihil opus esse tumultu ait, se iure crassari, si non crederent, ad tribunal sequeretur. Cum ad tribunal uentũ est, prætor apud argumenti autorem agit, puellam domi suæ natam, furtoq; subtractam, in domo Virginij pro filia esse suppositam. Interim dominũ ancillã sequi, quod ita æquitas dictaret, interloqueretur. Composuerat ita se facturũ App. Claudius, ne sine causæ cognitione pronunciare in seruitutem uideretur. Tunc aduocatis puellæ intercedentibus, patrem reipub. causa abesse, iniquũ de liberis absẽtibus agi, cæteraq; huiusmodi allegãtibus, Icilius uir, & Numitorius auus superueniunt. Iciliũ autem, ut erat uir acer, multa intrepide uociferãtẽ, Appius per lictorem summoueri iussit. Sed cum ille constantissimo animo resistere pergeret, ac multitudinis concursus ingens fieret, Appius, ne exortus tumultus nouandi res occasionem faceret, uades de uirgine in posterũ diem in iudiciũ sistenda, dari iussit. Interea patrẽ accersunt nuncij, aduolat in urbem pater, ac prima luce sordidatus, filiam solita uestẽ, cum aliquot matronis secum in forum

ducit. Vociferat opem ferant, lamentatione & querelis omnia implet. Idem Icilius, idem puella ac matronæ faciunt. Aduersus hæc omnia Appius obstinato animo tribunal ascendit, uindicias secundum seruitutem decreuit, quod decretum cum ingentem admirationem incussisset, ac M. Claudius iret ad cõprehendendã uirginem, tunc pater intentans in Appium manus. Icilio inquit, non tibi Appi filiam meam despondi, ad nuptias, non ad stuprum educaui, sed quæso patrio dolori ignoscas, si quid sum in te inuectus uehementius. Sinas ergo corã uirgine me nutricẽ percunctari, falsò pater sim, ut re comperta, æquio re hinc animo discedam. Seductam ergo filiam percunctandi prætextu, rapto è tabernaculo lanij cultro, filiam interemit. Quid multa? Rei indignitate pariter omnes cõmoti in forum concurrunt. Appius aũt ut tumultuari cœptum uidet, ut uitæ cõsuleret, obuoluto capite effugit. Plebs ergo recuperãdæ libertatis occasionem nacta, arreptis armis, duce Virginio in Auentinũ secedit. Nec minus Icilius in castris, militũ concitat multitudinem, plebisq; urbanæ extemplo decem tribunos militares creãt, ingentiq; cum exercitu ad urbem accedunt, alteri se exercitui coniungunt. Hoc peracto, armata plebs secedere statuit. Eô ergo quicunq; per ætatem, ualitudinemq; potuerunt, cum uxoribus, liberisq; peruenere. Iis tãtis motibus perculsi decemuiri, senatum frequentem fieri iubẽt. Rogant quid è repub. fore censent edicere. Demum cum

multa ultro citroq; in senatu agitata essent, ac pleriq; senatores intrepide decemuiros oratione castigassent, decē Tarquinios appellātes, decemuiri tandem futuros se in potestate patrum affirmarunt, modo sese ab iniuria tuerentur, ac simul legatos mittere ad res componendas statuunt. Missi ergo legati M. Oratius, & L. Valerius probatissimæ extimationis uiri, de conditione pacis cū plebe agunt. Petebat autem plebs inter conditiones pacis, ad suppliciū decemuiros, quod legati primum compositis orationibus dissuaserunt plebi. Contenta igitur plebs fuit, ut sui sibi tribuni restituerentur, & ut consueuerant, rediretur ad consules. Interim abdicant se magistratu decemuiri. Comitia consulibus, tribunisq; creandis habentur. Hoc pacto creatis, exactisq; decemuiris, ad prioris formam regiminis reditum est.

Decē Tarquinij.

Decemuiri exacti.

DE PRAEFECTO ANNONAE. CAPVT XV.

QVoniam de potestatibus agitur, ratio etiam admonet, ut de præfecto annonæ extra ordinē tunc creari solito nō nihil adijciam. De quo sanè magistratu nihil antea reperi, quàm Appio Claudio, & P. Seruilio consulibus, eo quoque anno, quo Tarquinius Superbus apud Aristodemum tyrannum mortuus est. Tum inter consules orta cōtentio dicitur, de dedica

Tarquinij mors.

tione ædis Mercurij, quæ sanè hac conditione sopita est, quod uter dedicaret Mercurij ædem, is quidem annonæ præesset. Populus dedicationē dedit M. † Plætorio primipilo, non tam ob hominis meritum, q̄ ob ignominiam consulum, haud probe in magistratu obuersatorū. Cæterum ut hoc apud Liuium non mihi planū usq; quaq; apparet, credo errore scribentium, ita de L. Minutio præfecto annonæ, haud multo tempore post, usq; quaq; manifestum est. Huius magistratus difficili tempore, & caritate annonæ usus potißimum, atq; opera exigebatur. Frumentum undiq; coëmendū, & si quis ultra proprios usus possideret, in medium ponendum curabat, aduehi undiq;, & aduectū iusto precio uenire nitebatur. Cuius ope magistratus egregia populo Ro. penuria laboranti sæpe opera nauata est. Eam potestatem de qua agimus cū Magnus ille Pompeius ageret, atq; è Sicilia cū magna ui frumēti soluere pergeret, ac gubernatores classis non se cōmittendos maxime sæuienti pelago dicerēt, illam saluberrimam reipub. uocem didisse edicitur. Nauigare enim, inquit, necesse esse, uiuere necesse non esse. Tantus præterea annonæ huius causa fauor, autoritasq; acceßit, ut quæ alioquin personæ ad accusationē minus idoneæ essent, hac tamen in causa admitterentur, huiusmodi sunt mulieres infames, & quæ sunt eius generis, quo nos etiam utimur. Sed de Præfecto annonæ satis dictum est.

† al. Lectorio.

Liuij locus lib. 4.

Pōpeij cordutißimū dictum.

DE TRIBVNIS MILITVM, & consulari potestate.

CAPVT XVI.

CRebris quidē secessionibus plebis à patribus, quibus cōsules de suo quoq; corpore creari peteret, externis etiam bellis ingruentibus, plebeq; ipsa delectum pati negāte, coacti tandē patres sunt, ut aut ciuibus, aut hostibus de uictoria concederent. Ab eorū sententijs, qui tribunos plebis cæde uiolādos putarēt, quos fœdere cum plebe icto, sacrosanctos haberent, primores patrum abhorrebant, per hæc cōsilia eô res deducta est, ut rogatione Camilli, tribunos militum, qui pro consulibus essent, tā ex plebe, quàm ex patribus promiscue creari patres sinerent, de cōsulibus nihil immutaretur. Tres ergo tribuni consulari potestate, qui militares appellarentur, creati sunt, ijq; constituti sunt uario numero. Interdum enim uiginti fuerunt, interdum plures, nonnunq; pauciores, sed de superioribus tantum tribus hi fuerunt, Au. Sempronius Atracinus. L. Attilius, & T. Cecilius patritij oēs. Plebs enim eo duntaxat contenta fuit, quod eius ratio habita esse uideretur. Tūc igitur primo à cōsulibus ad tribunos militares, cōsulari potestate uentum est, M. Genutio, & P. Curiatio consulatu abeuntibus, penes quem sanè magistratum (ut ipsum nomen indicat) eadē quæ apud consules, potestas erat collata, no minibus

Apd Liuiū unde hæc desumpta sunt, lege T. Ceciliū.

minibus tantum immutatis, ac plebis ratione habita.

DE CENSORIBVS.

CAPVT XVII.

CVm ob multa & uaria bella, ciuilesq; seditiones, Romæ pluribus annis populus incẽsus mãsisset, neq; esset lustrum aliquod de more conditum, neq; diffiniri census posset, neue consulibus cũ multum bellorum immineret, id negotij opcræpræcium esset, mentio inita est à senatu, rem uidelicet operosam, & minime consularẽ proprio magistratu indigere, cui scribarum ministeriũ, custodiæq;, & tabularum cura, arbitrium, formulæq; censendæ subijcerentur. Tum duo censores creati sunt, Papyrius, & Sempronius, censuiq; habendo præfecti, ab eaq; re censores appellati, M. Gegannio Macerino, & T. Quintio Capitolino consulibus. Institutumq; ut quinquennio is magistratus perduraret, quod tandem tempus ob censorum insolentiã immutatũ est, ad annumq; redactũ A. Mamertio Aemylio dictatore, Iulio Virgilio, M. Appio consulibus. Mirũ quippe dictu est, quanto censuræ initium parua re ortum incremento adauctum extiterit. Eô quippe peruenit, ut morum, disciplinæq; Ro. senatus, equitumq; regimẽ, decoris, dedecorisq; discrimẽ sub eius ditione magistratus, priuatorũ ius, publicorumq; locorũ uectigalia Po. Ro. reposita essent in senatum allegere. Senatus principem

Censorum autoritas

describere, censum agere, lustrum condere, equos adimere. Quos autē putassent parum dignos, senatu amouere, ut fecisse fertur C. Fabritius, qui censor. P. Cornelium Ruffinum patritium uirū senatu amouit, quod decē pondo argenti facti, pro conuiuio apposuißet. M. autē Cato censor C. Flaminij fratrē senatu eiecit, quod exoratus à scorto, ut aliquē ex ijs, qui in uinculis erāt, (obtinebat enim proconsulari imperio Galliam) securi percuteret, obtemperauit. Quid dicam, q̄ leuißimis de causis censoriam inurere notam consueuerunt? Nimis corpulentis militibus, unguēwq; nitidis, equis ademptis ignominiaq; notatis, exercitu dimisere. Equiti Romano nimium compto, splendidoq; equū strigosum, & uix hærentem pellem oßibus habenti, cum obequitantes urbem censores uenissent obuiam, percunctātibus, ut quid ipse tam ruber, & comptus, equus tam macilentus, & squallore obsitus esset. Hic eques Ro. quoniam, inquit, ipse me curo, equū uero Statius meus seruus. Visum est id parū reuerens responsum, atq; ob id ignominia à censoribus notatus est. Ciuem Rom. qui altius oscitauisset in auditorio censorum, ignominiæ nota afficerunt. Sed cū id rescissent, non incontinentia, sed ualitudine factū eße, illico restituere. Cum celebrationi quorundā sponsaliorum interessent, uirumq; num uxorem ex animi sui sententia haberet, de more interrogassent, illeq; ex parentibus, non autem ex animi sui sententia se habere respon

deret, euestigio labe ignominiæ conuulsus est. Magnopere enim ab eorũ maiestate alienum esse rati sunt, quod in conspectu censoriæ seueritatis, leuiculus homo adeo ridiculose fuisset cachinatus. Multa in hoc genere dici possent, sed omittenda sunt. Illud autem non est præter mittendum, quod altero ex censoribus morte subducto, alterum in demortui locum suffici religio fuit. Itaq; reliquum abdicari se magistratu, ut duo de integro censores crearentur, institutũ est. Id enim huic obseruationi causam dedit, quod eo anno, quo Galli Romam cœperunt, altero ex censoribus mortuo, alter quidem in demortui loco fuerit substitutus. Omen ergo uisum est, & pro lege ꝑpetuo, ne id amplius fieret, obseruatũ est. Censores uero cum præterquàm ex patribus creari aliquando nefas fuerit, id quoque ut cætera immutatum est, atq; indifferenter fieri cœptum. Illud etiam censoribus negotium datum est, ne in fœnore modus excederetur.

DE TRIVMVIRIS COLONIÆ deducendæ.

CAPVT XVIII.

ARicini, atq; Ardeates cũ de ambiguo agro sæpe bello certaßent, multis inuicẽ cladibus fessi, po.tãdẽ Ro.ea de re iudicẽ cõstituere. Cũ ergo

utriusq; ciuitatis legati oratum causam uenißet, concilio populi à magistratibus dato, magna cõtentione actũ est. Iamq; editis testibus, cum tribus uocari, & populũ inire suffragium oporteret, consurgit P. Scaptius de plebe, magno natu. Et si licet inquit, consules de repub. dicere, errare ego populũ in hac causa non patiar. Sed cũ quasi uanum, & delirũ reijcerent consules, audiendũq; prorsus negarent, pergentem uociferare publicam causam prodi, per lictorem submouere iusserunt. Hic ille tribunos appellat, ad eos admissus, tertiũ, & nonagesimũ se annum agere inquit, eum agrum, de quo duo populi ambigant, tenere memoria fixum, neutrius populi, sed Coriolanorum fuisse, atq; eo se tempore militasse, captis Coriolanis, is ager iure belli pop. Ro. factus esset, proinde se magnopere suadere pop. ne inutili pudore causam suam damnaret. Mouit non tam hominis autoritas, q̃ commoditas, usuśq; agri, tãtumq; tribunitia potestas ualuit ei, ut cum hac de re latum esset ad populũ, lex de agro pop. Ro. adiudicando promulgaretur. Id sanè factũ maxime dehonestauit maiestatẽ Po. Ro. multũq; apud finitimas ciuitates infamiæ, dedecorisq; cõtraxit. Quam obrem, cum id ægre ferre patres, ac non multo post iudicium de Ardeatibus egregie pro auxilio illis aduersus Volscos allato meriti essent, cum tantam infamem iudicij notam, prorsus ex animis delere cuperent, senatus consultum fecerunt, quoniã ciuitas Ardeatum intestino tu-

Liuius hæc tradit sub finẽ lib. 3.

multu ad paucos redacta uideretur, coloni eô præsidij causa aduersus Volscos scriberentur. Id cum latum ad populum esset, placuissetq; multo plures Rutulos q̃ Romanos colonos ascribendos, priusq̃ is ager, qui infami iudicio interceptus erat, q̃ alterius agri gleba assignaretur, ut alicui quam omnibus Rutulis eo tandẽ pacto Ardeates reuersus est. Triumuiros igitur deducendæ coloniæ creãt, Agrippam Meneniũ, T. † Cuilium Succulum, & M. Ebutium Heluam, nec abnuerim hunc magistratum aliàs à maioribus Romanorum creari potuisse. Cæterum ab insigniori ratione, & ingenti Po. Ro. potestate exordiri nõ piguit. Pertinebat uero ad huius magistratus officium, ut & agros nouis colonis diuideret, urbes designarent, ædificare uolentibus areas partirentur, commodis regionibus ciuitatem distinguerent, legibus magistratibus sisterent, & ad speciem optimi tabernaculi rempublicam effingerent.

† Cluilium Siculum al

DE PRAETORIBVS.

CAPVT XIX.

CVm crebris ac diuturnis certaminibus, uicti tãdem à plebe patres, ex consulibus alterũ ex plebe creandum concessissent, id sibi uoluntate plebis pro aperto ad cõsulatũ aditu arrogauere, ut unicus magistratus crearetur ex patribus, isq; à præeßẽdo prætor appellaretur, qui tandem eo quod inter urbanos ius

diceret, urbanus appellatus est. Penes hunc uero magistratum adeo omnis publici, priuatiq; iuris potestas fuit, ut nouum ius cōdere, & uetera abrogare, facultas eßet. Tantum uero postmodum aucta est prætoris autoritas, ut quod prætor ipse dixisset, ob ipsius honorem ius honorarium uocaretur. Prætori regia insignia, consularesq; fermè apparatus, lictores uero non amplius sex, sella curulis, & trabea, cæteraq; huiusmodi tradita sunt. Ac q̄uis sex numero lictoribus uti cōceßum prætoribus esset, Paulo quidem Aemylio prætori in Iberiam contendenti (ut ait Plutarchus) duodecim adhibitos lictores comperi. Equis albis, trabea candida utebatur prætor. Niuei ad frena Quirites subministrabant, ut ait Iuuenalis. Demum cum undiq; peregrinorū multitudo in urbem conflueret, neq; unus prætor turbæ causarum sufficere posset, alter prætor creatus est, qui quoniā inter peregrinos cognoscebat, peregrinus appellatus est. Crescente uero imperio, tātum postmodum amplificatus est numerus, ut .x. & octo prætores aliquādo in urbe ius dicerent. Et quia magistratus uespertinis tēporibus iu publico esse incōueniens erat, quinq; uiri constituti sunt citra Tyberim, & ultra Tyberim, qui poßint pro magistratibus fungi. Capta deinde Sardinia, mox Sicilia, itē Hispania, deinde Narbonēsi prouincia, totidē prætores quot prouinciæ in ditionē uenerant, creati sunt, partim qui urbanis rebus, partim qui prouincialibus præeßēt.

Ius honorarium

Peregrinus prætor.

Deinde Cornelius Sylla quæstiones publicas constituit, ueluti de falso, de parricidio, de sicarijs, ac prætores quatuor adiecit. Caius Iulius Cæsar duos prætores, & duos ædiles, qui frumento præessent, & à Cerere Cereales, constituit. Ita duodecim prætores, sex ædiles sunt creati. Deinde diuus Augustus sexdecim prætores constituit. Post diuus Claudius duos adiecit prætores, qui de fideicommissis ius dicerent, ex quibus unũ diuus Tiberius detraxit, & adiecit unum diuus Nerua, qui inter fiscum, & priuatos ius diceret. Ita .x. & octo prætores in ciuitate ius dicunt. Et hæc omnia quoties Romæ sunt magistratus, obseruantur, quoties autem proficiscũtur, unus relinquitur, qui ius dicat, isq; uocatur præfectus urbis, qui præfectus olim constituebatur. Postea uero alius Latinarum feriarũ introductus est, qui quotannis uacantibus cæteris magistratibus creari instituerit. Quibus omnibus cum plurimi ingruentium bellorũ usus exegissent, eorundẽ administrationes mandari consueuere, excepto præfecto urbi, in ciuitate remanente.

Cereales

Diuus Tiberius.

Præfectus urbis.

Latinarũ feriarum præfectus.

DE QVINQVE VIRIS mensarijs.

CAPVT XX.

CVm improbitate fœneratorum, plebs Ro. magnitudine æris alieni penè obruta esse uideretur,

eiq; difficultati principes plebis succurrendũ sæpenumero tentassent, inclinatis tandem ad concordiã omnium animis, qui tũ consules erant, funebrẽ quoq; rem, quod destinari in animis hominũ uidebatur leuari aggressi, solutionem æris alieni in publicã curam uerterũt. Quinq; ergo uiri creati sunt, quos à dispẽsatione pecuniæ, mensarios appellarũt, quod insigni æquitate, diligentiaq; meriti sunt, ut per omniũ annalium monumenta celebres nominibus essent, hi ergo fuerunt C. Duellius, P. Decimus, M. Papyrius, Q. Pompilius, T. Aemylius, qui rem porrò difficillimã tractantes, plerunq; parti utriq; semper grauem, cum alia moderatione, tum impẽdio magis publico q̃ iacturam sustinuerũt. Tarde enim omnia, & impeditiora quod facultatibus ad ærarium missis suppeterent, ære in foro posito dissoluerunt, ut non modo sine iniuria, sed etiã sine querimonia partis utriusq;, exhausta uis ingens æris alieni sit.

Mensarij.

DE TRIVMVIRIS REIPVB. constituendæ.

CAPVT XXI

SI triumuiratus reip. cõstituendæ originẽ quæris, ante ipsum quem Cæsar Augustus cũ Antonio & M. Lepido gessit, alter nullus apud Romanos prodijsse memoratur. Ego autem de eo ipso nusq̃ præterea offendisse memini, utrũ potestatibus annumerandũ cẽsu

erim, haud satis scio. Quippe q; eas potestates, quas iniussu, præterq; senatus autoritatem quisq;, non dicam sortitus fuerit, sed per libidinem dominandi arripuerit, tyrannides potius, q̃ potestates, seu magistratus appellandos duxerim. Vtcunq; se res habeat, illud facile animaduerti potest, Iulio Cæsare in senatu ab ijs, qui cum Bruto, & Cassio erant, occiso, mox Antonium, cum studia omnia ad componendã remp. contulisse uideretur, principem ciuitatis euasisse. Confestim uero dominandi libidine, eiectum Ciceronem, Brutum, cæterosq; qui factioni eius aduersabantur, urbe excedere coëgisse. Octauiano autem, qui testamẽto Cæsaris hæres scriptus fuerat, ex Asia reuerso, Cicero, ac cæteri, qui eius factioni obtrectabantur, ad Octauiani potentiã confugerunt, ex quo factum est, ut Antonius urbe migrare adactus, hostis à senatu iudicaretur, ad quem opprimendum Hircius, & Pansa consules missi, Augustusq; cũ fascibus Antoniũ apud Mutinã adepti fuerunt, fugaueruntq;. Desperatis ergo rebus, Antonius supplex ad M. Lepidum cõfugit, cuius potẽtia fretus, Octauianũ, qui æque animũ ad dominationẽ intẽderat, ad fœdus, societatemq; pellexit, illam uidelicet societatẽ, qua homicidia homicidijs in permutationem uenisse dicuntur. Inter quos ad cædem destinatos, Cæsar Ciceronẽ pro L. Cæsare auunculo M. Antonij, eidem cõcessit. Igitur tyrannidẽ prætextu pio magistratus palliare pergentes, sese Triumuiros reip. con-

Antonij tyrannis.

stituendæ appellauere, quorum nutui, & auspicijs omnis resp. niteretur. Cæterum eorum animos quorsum inclinarent, mox ipse euentus rerũ ostendit, omnes diuinas, humanasq; res commiscens. Omnibus enim intra se opibus consumptis, ad extremũ unus Cæsar potitus est, qui & ipse omnibus cæteris superstes, ipsum de quo loquor, triumuiratum annos circiter .x. ut Suetonius Tranquillus refert, obtinuit.

DE PRAEFECTO PRAETORIO. CAPVT XXII.

Transcripta ex pandectis de off. præf. præt.

QVales apud reges tribuni Celerum equitum, siue apud dictatores magistri equitum, tales demum fuere præfecti prætorio apud Cæsares. Nam cum secundas post Cæsarem partes gestarẽt, præessentq; disciplinæ publicæ emẽdandæ, adeo à paruis orta principijs creuit autoritas, ut cum aliquo tempore à præfectis prætorijs prouocare liceret, extarentq; exemplaiorũ, quo pacto ab ijs prouocassent, lecta postmodum principis sententia, à præfecto prætorio prouocatio sublata est. Credidit enim princeps eos qui ob singularem industriam, fide illorum, atq; integritate exploratà, ad huius potestatis amplitudinẽ adhiberentur, nõ aliter pro sapientia, ac splendore dignitatis suæ, q̃ eundẽ fore iudicaturos. Alio etiam priuilegio huiusmodi potestas subnixa est, ne ab eorũ sententijs minores ætate (ut

ab aliorum magistratuum) restitui possent.

DE QVIBVSDAM MINORIBVS magistratuum speciebus.

CAPVT XXIII.

ALteram magistratus speciẽ in urbe Roma, ius aliquando dixisse reperi. Nam cum bellorũ munera cæteris magistratibus non sufficientibus ad prætorem deferrentur, quorũ munus administratio iuris præcipuum fuit, creati .x. uiri sunt qui ius in urbe dicerent, prætorumq; partes eo tempore gererent, litium iudicandarum appellati. Eo tempore quatuor uiri creati dicuntur, qui uiarũ curã agerent. Ac tres monetales auri, argentiq; flatores, quorum esset, diligentia numismata, auro, argentoq; fabricari.

Decemuiri

Quatuor uiri.

Tresuiri.

DE PRAEFECTO VRBIS & uigilum.

CAPVT XXIIII.

DIuus Augustus salutem publicam nullius alterius, q̃ suæ diligentiæ cõgruere existimans, coercendorũ incendiorũ causa, septem cohortes opportunis urbis locis disposuit, ita ut binas urbis regiones unaquæq; cohors præsidio tutaretur, tribunis & suppoẽs clarissimo uiro præfecto uigilũ præpositis. Et licet apd'ueteres Ro. triũuiris nocturnis, ædilibus, tribunisq;

id negotij quandoq; esset assignatum, pluribus eodē die exortis incēdijs, quibus accurrere, satisq; facere nō posse eos appareret, creare præfectum uigilū Aug. Cæsar in animū induxit. De incensoribus ergo, effractoribus, furibus, raptoribus apud præfectum uigilū cognitio est, nisi si quæ tam atrox, tam famosa persona sit, ut ad præfectū urbi remittenda uideatur. Et quoniā incēdia plerunq; culpa exoriuntur inhabitantium, aut fustibus castigat eos, qui negligentius ignē habuerūt, aut seuera obiurgatione cōminatur, fustiū castigationē remittit. Cum effracturæ in horreis (ut plerunq; fit) insulisq;, ubi preciosarū rerū suarum partes, patres familiarum seruāt, apparuerint, Si quādo cella, uel armarium effringatur, effractorū sæpe, uōnunq; etiam custodum quæstiones apd hunc magistratū exercentur. Et ita diuus † Augustus Erithio claro præfecto rescripsit. Ait enim, effractis horreis de ea re ad illū ipsum pertinere. Sciendū autē præfectum uigilum ad plurimā noctem uigilare oportere, coerrareq; calciatū cum armis, & dolabris, curamq; oēs inquilinos agere admonendi, ne per colonorū negligentiam, incendiorū casus exoriantur. Quinetiam inquilinus ut quisq; aquam in cœnaculo habeat, qua igneo terrore ingruente, præsto occurrere posse censeatur. Aduersus capsarios autē, qui mercede seruanda in balneis uestimenta suscipiunt, iudex quoq; constitutus est, ut si quid in seruandis uestimentis admissum fuerit, ipse idem

† Antonius al.

de quo loquor, magistratus quæstionem exercebit.

DE DVVMVIRIS CLASSIS restituendæ, & qbusdam paruis magistratib.

CAPVT XXV

DVumuiros claßi restituendæ, utpote haud magni momẽti magistratum, omissurus uidebar, nisi quod Liuio placet minime prætereundũ uisum. Anno enim quo Appius Claudius, is cui postea Cæco cognomentum fuit, censuram geßit, M. Valerio, & P. Decio cõsulibus, duo imperia, ut ait Liuius dari, per populum cœpta sunt, utraq; ad rempub. pertinentia, unũ ut tribuni militum senideni in quatuor legiones crearentur, quæ ante perq̃ paucis populi suffragio relictis, consulum & dictatorum fuerant beneficia. Tulere eam rogationem tribuni plebæi L. Attilius, & C. Martius. Alterum imperiũ fuit, ut duumuiros claßis ornãdæ, reficiendæq; causa idem populus iuberet. Tulit hoc plebiscitum M. Decius tribunus ple. Haud multo tempore post huiusmodi rogationes, triumuiri nocturni creati sunt, quibus (ut existimatione deducor) ut difficili bellorum, & ciuilium seditionũ tempore, muris, custodiæq; per milites stationarios mitterentur. Id etiam eorũ curæ iniunctum est, ut & nocturnas seditiones à ciuibus arcerent, & quies urbi conseruaretur. Huius sanè partes magistratus, in officium præfecti uigilum demũ tra-

Triumuiri nocturni

ductæ sunt. Enimuero horum magistratuum nomina rem fermè ipsam, cui addicti essent, facile ostendũt. Neque Liuius ipse rei autor, hac in re amplius uerborũ facit, apud alios uero nulla prorsus mentio fit.

DE PROCVRATORE CAESARIS.

CAPVT XXVI.

VLtimum est, ut de procuratore Cæsaris (is enim est inter Cæsarem, & Ro. populum constitutus iudex) pauca uideamus. Quanq̃ principalẽ celsitudinem, à qua legum, senatusconsultorum, magistratuumq; omniũ origo manat, moribus introductũ sit, legum imperio, cui præest, non esse suppositã. Cæterũ quoniã maiorẽ se, à quo ius inter priuatum ac remp. decernatur, impoßibile inuentu sit, ipsumq; principẽ in propria causa iudicare, haud sanè æquum esse uideatur, magistratũ creari placuit, cui inter se, priuatasq; personas, competens quidem esset iurisditio, qui sanè est appellatus procurator Cæsaris. Huic magistratui principalis totius rei licentia cõmissa est, ita ut quicquid ab eo negotiorum imperialiũ gestum est, perinde habeatur ratum, ac si ab ipso Cæsare fuerit pertractatũ. Sed si rem eius quasi propriam procurator tradat, non putant dominũ transferre. Tunc uero trãsfert, cum negotium gerens Cæsaris, ipsius consensu tradit. Deniq; si donationis, uenditionis,

trãsactionis causa quid agat, nihil agitur. Nõ enim alienare rem Cæsaris, sed diligenter negotia Cæsaris obire, procuratori Cæsaris iniunctũ est. Id uero in primis procuratori huic de quo agimus, adscriptum est, quod seruũ Cæsaris hæredem institutum, adire hæreditatem iubet, & ea hæreditas imperatori acqritur. Quin si Cæsar ipse hæres instituatur, si se procurator opulẽtæ hæreditati misceat, hæredem Cæsarem facit. Quod si ea bona, ex quibus princeps institutus est, soluendo non sunt, consulendũ erit imperatori, ne quid perinde detrimenti patiatur. Hæredis enim instituti in adeundis, repudiandisue hæreditatibus, congruo tempore explorari uolũtas debuit. Deportandi huic magistratui facultas permissa non est. Sed de procuratore Cæsaris, cæterisq; omnibus Romanis potestatibus, quæ à principio urbis conditæ, usq; ad Augusti Cæsaris tempora factæ, tractatæq; sunt, satis ad plenum diximus. Præsidis nomen generale est, eo quod & proconsules, & legati Cæsaris, & omnes prouincias regentes, licet senatores sint, præsides appellantur. Præses.

STVDIOSO LECTORI.

DVm hæc excriberemus, cum alia ad manũ erãt exemplaria, tũ illud etiam, quod à Io. Camerte uiro doctißimo cõcordantijs (ut uocant) historiarũ ornatum est. Eas, quod laborem studiosorum ap prime leuare uiderentur, adscribendas hic curauimus, certi fore, ut & candidus quisq; lector operam nostram boni consuleret, & Camertem debita per nos fraudatũ esse gratia nemo cauillaretur. Bene uale.

In caput .1. de sacerd. Ro.

Sumpta omnia ex secũdo fastorum Ouidij. ibi. Tertia post. Iustinus lib. 43. Liuius lib. 1. Plutarchus problema. 67. Val. Max. ti. primo .2. ca. 18. Plura Tortel. in dictione lycæum.

In caput 2.

Diony. Halicar. lib. 1. Vir. 8. Aene. uersu. 201. Ouidius .1 fasto. ibi. Ecce boues. Iusti. lib. 43. Diodo. Siculus lib. 5. Liuius lib. 1. Val. Max. in. 1. ca. 2. Plynius iunior ca. 34. Varro lib. 1. de lingua latina.

In caput 3.

Ex Aulo Gel. ca. 7. 6. Macrobius. 1. Satur. Plutarch. proble. 33. Lactantius. ca. 20. primi. Varro lib. 1. de lingua latina. Plyn. ca. 2. 18. historiæ naturalis. Eius festa quæ floralia dicuntur. vi. Nonas Maij celebrantur, ut .5. fastorum scribit Ouidius.

In caput

In Caput. IIII.

Ex Cice. 1. de diui. Diony. li. 2. Liui. lib. 1. Ouid. cir. fi. 4. Fast. Huc faciunt quæ scribit Stat. 3. Theb. ibi. Difficiles populi. Plutar. problema. 71. 72. 77. 93. 99. Vale. Max. in principio secundi.

In Caput V.

Sumpta ex Gellio omnia ca. 15. lib. 10. Plut. proble. 42. & 48. Diony. lib. 2. Liuius lib. 1. plura de his. Var. libro primo de lingua Latina.

In Caput VI.

Diony. lib. 2. Gell. ca. 12. primi Plura Ouid. 6. Fast. ibi. Vesta saue. Lucretius. 2. de rerum natura, uersu. 603. Quare magna &c. Aug. c. 10. 4. ciui. Seruius. 11. Aen. ibi. Finitimos. &c. docet ubi uiuæ sepeliebantur. Plutar. proble. 96. ponit huius consuetudinis causam.

In Caput VII.

Sūpta ex. 2. Diony. & primo Liuij. Seruio. 8. Aen. Ouidio. 3. Fastorum ibi. Quis nisi. lege Acronem. 36. & 37. primi Carmi. Plura Plutar. in uita Numæ. Val. titulo primo primi. cap. 2.

In Caput VIII.

Vltra ea quæ scribit Liuius in primo, & Diony. in secundo, lege apud Plutar. in uita Numæ.

In Caput IX.

Ex Plut. proble. 62. Gell. cap. 4. 16. Diony. lib. 2. Serui. ix. Aen. ibi. Principiū. Li. ferè ad uerbū scribit hæc oīa.

In Caput X.

Hæc & plura scribit Liuius lib. 1. Ser. circa princi. 9. Aen. scribit patrem patratũ fuisse principem fœcialium. lege Gellium ca. 4. lib. 16. Plut. proble. 62.

In Caput X I.

Ex Liuio in principio secundi. plura Dio. in prin. 5.

In Caput X I I.

Sumpta ex Liu. li. 9. 3. Decadis. Syllius in princi. 17. plura Ouid. 4. Fast. multa ad hoc faciẽtia scripsi in annotationibus Solini. ca. 7. De causa sacerdotij Spado. Lege Nasonẽ. 4. Fast. ibi. Phryx puer. Aug. ca. 25. 7. Ciu. dei. plura notaui in cõmen Claudiani secũdo in Eutrop. ibi. Labentem patriam.

In Caput X I I I.

Duũmuiri sacrorũ à Tarquio Supbo creati sunt, ut libro. 4. docet Dion. Gell. aũt. c. 19. primi, ait ad libros. 3. Sibyllinos, quasi ad oraculũ quindecimuiri adeũt, cũ dij ĩmortales publice cõsulẽdi sunt. de dedicatiõe ædis Cast. à Posthu. lege quæ scribũt Ant. & Marsuss in fi. 1. fast.

In Caput X I I I I.

Cic. 3. de oratore dicit tres uiros Epulones à ueteribus pontificibus institutos propter sacrificiorũ multitudinẽ, de horũ epulis scribit Val. in prin. 2. & Augu. 3. de Ciuide sunt ne uera quæ Sypontinus de his asseruit.

In Caput primũ de Magistratibus.

Ex Dion. lib. 2. Liuio. lib. 1. De senatoribus extat ti.

9.primi digestorũ. plura Plutar.in uita Romuli.

In Caput II.

Dion.lib.2.Liuius lib.1.Plut.in uita Romuli.Quidã existimant Luceres à Lucumone deo denominatas. Festus autem Pompe.à Luceo Ardeæ rege, quod auxilio fuit Romulo aduersus Tatium bellanti.

In Caput III.

Quare aũt creati fuerint, docet Pomp.ti.2.1.digesto. ponit aũt quæstorũ genera.2.primũ eorũ q pecuniæ.2. eorũ qui capitalibus rebus præeßẽt, eorũ officiũ narrat Vlpianus tit.13.1.digest.lege Var.1. de lingua latina.

In Caput IIII.

Ex Dion.lib.2.& Liuio.lib.1. Plut. in uita Numæ.

In Caput V.

Liuius lib.1.Diony.aũt lib.3.dicit cognitionẽ sororicidæ pmissam populo.Pom.tit.2.primi digest. Constituti sunt, inquit, & triumuiri capitales, qui carceris custodiam haberent, ut cũ animaduerti oporteret, interuentu eorum fieret. Var. etiã meminit primo de lingua latina.

In Caput VI.

Quæ scribuntur hoc titulo, habẽtur ferè omnia ab Vlpiano tit.12.primi digest.Gellius cap.ult.lib.14.

In Caput VII.

Sumpta ex fine primi Liuij.ex.4. Dion. Pom.ti.2. primi digest.de offi.consulis habetur tit.10.primi digest.

Aug.ca.16. tertij ciuitatis. primi consules Calen.Ianu. creati sunt. Inde factum est, ut Ianuarius primus mensis anni à Ro.haberetur. Plutar.proble.18.

In Caput VIII.

Sūpta ex.2. Liuij ferè oīa.plura notatu digna scribit Diony.circa finē.5.Id aūt anno.ix.post reges exactos, factū esse scribūt Eutro.c.2.primi, & Euse.li.tpm legē de prouocatione habes à Liu.lib.3. Pom.ti.2.1. digesto.

In Caput IX.

Sūpta ex.2.Liuij, & .5.Dion.circa fin.Eutro. & Euse. ubi supra. De hoc magistratu ti.2. & .11.primi digesto.

In Caput X.

Liuius omnia li.2.Dion.uersus finē li.6. Aug.ca.18. 2.Ouid.3.Fast.ibi.Plebs uetus. Sacer aūt mons ideo dictus est (autore Festo) quoniā Ioui sacer erat.

In Caput XI.

Liuius in princ.3.Diony.in fine.11, aliter sentire uidetur.Hæc & plura habentur.1.digestorū.tit.16.per totū.

In Caput XII.

Hæc & plura de legatis proconsulum habentur tit. 16.primi digestorum per totum.

In Caput XIII.

Ex principio.7.Liuij.Dion.lib.6. Gell.ca.21.lib.17. Plura congessit Flauius lib.3. de Ro.triumph. Pom.tit. 2.primi digestorum. Varro lib.1.de lingua latina.

In Caput XIIII.

Sũpta oia ex.3.Liuij. Diony.uersus fi.10.& lib.11.p totũ hanc historiã prosequitur. Val.lib.6.c.1. Plura notaui circa finem primi Flori. Id aũt factum est anno.301, ab urbe condita, ut ca.12, primi docet Eutropius. Euseb. lib.temporum dicit anno.302.

In Caput XV.

Pom.ti 2.primi digestorũ. Aug c.17.3. ciui. de consulatu App.Cl.& P.Ser.ac de morte Tarquinij apud Aristodemũ Cumis uidelicet scribit Liuius ĩter principiũ & mediũ.2. Item Dion.li.7.de cõtentione consulũ ob dedicationẽ ædis Mercurij scribit Val. Max.c.3.lib.9.

In Caput XVI.

Ex Liuio lib.4.tit.2.primi digestorũ. Id autem factum est anno.310.ab V.C.

In Caput XVII.

Sũpta ex lib.4.Liuij. Pom. iurisconf.tit.2.primi digestorũ. lege Aul.Gell.c. ultimo.7 Censorum leges plurimas ponit Cic.in principio.3.de legibus. Multa Flauius 3.de Rom.triumph.congerit.

In Caput XVIII.

Liuius lib.3. primæ decadis in fine hæc & plura scribit.

In Caput XIX.

Sumpta ex Pom. iurisconf. digestis de origine iuris. L. Necessarium. Liuius in fine sexti plura. Flauius lib.2. de Rom. triumph.

In Caput XX.

Habentur hæc omnia ex.7. T.Liuij. Flauius lib.5. de Rom.triump.

In Caput XXI.

Suetonius tit.27.secũdi. Plut.in uita Cic. Liuius 120. lib.Florus.c.7.quarti.de triumuiratu reipub. constuẽdæ meminit Var.in lib.quem Isagogicon inscripsit. Vide Gell.c.7.14. Fuit ergo ante Cæsarem Augustum hic magistratus apud Ro.habitus.

In Caput XXII.

Hæc & plura.1.digest.de officio præfecti prætorio. lege Vnica. Verba sunt Aureliani iuris consulti.

In Caput XXIII.

Lege Au.Gell.lib.13.c.14.&.15.ff.de orig.iur.L.ij. parag.Deinde.&c.habentur hæc omnia.

In Caput XXIIII.

Sumpta ex primo digestorum de officio præfecti uigilum per totum.

In Caput XXV.

Plura Flauius lib.4.de Ro.triumphante.

In Caput XXVI.

Sumpta ferè omnia ex titulo.19.primi digest.ab Vlpiano, Paulo, Callistrato.

FINIS.

POMPONII

LAETI DE RO. MAGISTRA tibus, sacerdotijs, iurisperitis, & legibus ad M. Pantagathum libellus.

DE REGE.

RBis Romæ, & imperij Romani cõditor Romulus, Marte genitus fuit. Is postq̃ omniũ consensu præ fuit, legem tulit, ut nemo regnum aut magistratum iniret, nisi autor fieret deus, ipseq; per auspicia confirmari uoluit. Vocabulum à regendo deductum est. Multitudinem omnem Romulus diuisit in partes tres, quas tribus appellauit, & singularũ tribuũ duces tribunos nominauit, & ipsas tribus in triginta partes diuisit, curias dixit, quoniam earũ cura res publica sententiam expediebat, & inde latæ ab regibus, quædam leges curiatæ denominatæ sunt. Curiarũ præfectos curiones dixit, & curionũ decuriones. L. Papyrius, qui fuit tempore Tarquinij Superbi, latas leges in uolumina redegit. Vnde iuris ciuilis Papyriani nomen deducitur. Rex sacrificijs, templis, & omni cultui deorũ, & legibus, & moribus præerat, magnarũ causarum iudex, minorum uero causarum senatum uoluit esse ipse Romulus iudicem.

Romulus. Tribus. Tribunus Curiæ. Curiatæ. ll. Curiones. Decuriões. Ius ciuile, Papyrianũ

DE MAIESTATE REGIS.

Purpura.

ROmulus ut haberetur honor ac ueneratio regiæ maiestati, purpurea usus ē uestē, duodecim legit, qui succinctis uestibus expediti multitudinem uirgis coërcerent. Eos à ligandis hominibus, ut C. Valgius meminit, lictores appellauit, ut est lictor colligamanu xij. & hi fasces antē regem ferebant, ac totidem secures, quæ signa puniendi erant. Legit & regij corporis custodes milites ccc. quos à promptitudine, id est celeritatē celeres appellauit, & eorū ducem tribunum celerum, cuius erat secundus post regē locus. Valerius Antias ait, à primo eorum duce, cui Celer nomē fuit, celeres nominatos. Ii erant equites Romani, qui postea expugnato Trossulo oppido Tuscorum, ut Iunius scribit, Trossuli dicti sunt. Sella usus est curuli, & locum eminentem in parte fori ædificauit, ubi iura daret.

Lictores.
Fasces.
Secures.
Celeres.
Tribunus celerum.
Trossuli.
Sella curul.

DE SENATORIBVS.

SEnatores à Romulo electi centum, aut à nobilitate generis, aut ab ætate, aut à sapiētia, ut apud Athenas nomē cœpere. Iidē patres, & eorū familia patritia, ijdem multitudinis patroni, id est defensores erant. Hos appellabant peregrini principes in ciuitate. Qui post hos centum senatui adscripti fuere, patres conscripti appellati sunt. Quod uero ipsi constituerēt ratū erat, senatusconsultū dixere, & tunc esse cœpit cū plebes diffi

Patres patritij.
Multitudinis patroni
Princi. ciu.
Patres cōs.
Senatusco.

culter conueniret. Nam cũ à patribus per discordiam se cederet, iura sibi constituit, quæ plebiscita uocantur. Plebiscita.

DE POTESTATE Senatus & plebis.

REx ad senatum referebat. Senatus de omni re cognoscebat, & suffragium ferebat, & quod uisum pluribus fiebat. Populus magistratum creabat, leges sanciebat, & de bello decernebat.

DE INTERREGE.

SPacium temporis à defuncto rege usq; ad creationem sequẽtis, interregnũ dicebatur, & q præerat cum regia potestate, & insignibus, interrex erat.

DE DVVMVIRIS.

TVllus Hostilius rex duûmuiris potestatem fecit, iudicandi de capite M. Oratij, qui solus ex trigeminis bello Albano remanserat, & reus accersitus, quod extra portam Capenam obuiam sororem interfecerat, quæ maritum suum unum ex Curiatijs cæsum lugendo, uictoriam & libertatem populi Romani ægreferre uidebatur, sed absolutus à populo fuit propter patris lachrymas. Nã dixerat Tullus, Si prouocarit prouocatione certaret. Et hæc fuit prima apud populũ prouocatio, & hoc primum de rebus capitalibus iudicium. Prima prouo

DE PRAEFECTO VRBIS.

ROmulus unum elegit, quē urbanis negotijs præfecit, ut Dionysius ait, hunc præfectū urbis fuisse satis constat. Longo post tempore tantum sibi urbis præfectura uendicauit, Cæsarum temporibus, ut crimina omniū in urbe cognosceret, & demum cū Cæsares ab urbe abeßēt, præfectus uelut alter Cæsar imperabat. De rebus oībus, quæ ad urbem pertinebant, censebat.

DE PRAEFECTO PRAETORIO.

PRæfectus prætorio sub Cæsaribus disciplinæ militari præerat, eius postea autoritas aucta erga forenses causas, ubi imperium declinare cœpit, nomen mutauit, magister stabuli dictus, cū antea sub regibus tribunus scelerū fuit, & sub dictatore, magister eqtū.

Magister stabuli.

Magister equitum.

DE PRAEFECTO ANNONAE.

DIcunt quidam, Annonæ præfecturam habuisse initium quintodecimo anno post exactos reges, Appio Claudio Sabino, & P. Seruilio Prisco conss. sed uerius constant anno. 18. T. Geganio, P. Minutio conss. quo tempore annonæ maxima caritas fuit, mißiq; in Siciliā fuere P. Valerius, & L. Geganius pro aduehendo frumento. Volunt alij, L. Minutium fuisse primū annonæ præfectū, satisq; constat, non nisi ex indigentia frumenti, hunc magistratum creari.

DE PRAEFECTO VIGILVM.

CVum urbis ædificia sæpenumero incẽdio flagrarent, diuus Augustus quinq; cohortes, ut inuigilarent urbi, disposuit, & singulæ duas regiones custodiebant, tunc enim erant regiones quatuordecim. His quinq; cohortibus præerat præfectus uigilum, apud quem cognitio erat omniũ scelerũ, quæ nocturno tempore fieri solent, præsertim de incendio & latrocinio.

DE PRAEFECTO in militia.

SIngulorum ordinum in militia aliquando præfecti creati sunt, hoc est, quod sæpenumero præfectis alarum & cohortium legimus, hoc scilicet erat uoluntate ducis, id est exercitus imperatoris, aut regis. Præfecti alarũ & cohortiũ.

DE PRAEFECTO LEGIONIS.

PRæfectus legionis absentis legati uicem tenebat, parebãt ei tribuni hastati, pilani, centuriones, & deniq; totus exercitus. Arma, equi, uestes, disciplina, ius, annona & ipsius cura erant, puniebat, soluebat. Eligebatur autem iustus, diligens, sobrius, cui necesse erat & alium titulum habere, ipse etiam erat comes primi ordinis, quem primipilum dicunt, qui centum & sexaginta militibus præest. Primipilus

DE PRAEFECTO CASTRORVM.

CAstrorum præfecto curæ erat, castrorũ positio, ualli, fossæ, tentoria, tabernacula, tormenta bellica, & cætera talia, item ægri, & medici. Is eligebatur peritißimus, ut alios edoceret.

DE PRAEFECTO FABRORVM.

ARtifices qui sequebantur castra, ut fabri lignarij, carpentarij, ferrarij. &c. qui ad fabrilia officia deputati erant, præfecto fabrorum parebant. Is eligebatur idoneus, & qui sciret bene castris prouidere, & præsertim in expugnatione urbium subterraneos cuniculos facere, & alia similia.

DE CONSVLIBVS.

PVlsis regibus, autore L. Iunio Bruto tribuno celerum, consulare imperiũ factũ est cum omni regia potestate & insignibus. Cõsules dicti duo à cõsulẽdo, id est prouidẽdo. Creati sunt comitijs centuriatis à præfecto urbis, ex cõmentarijs Seruii Tulli, & hi fuere L. Iunius Brutus, qui tribunus celerũ erat, & L. Tarquinius Collatinus, anno ab urbe condita ccxliiii. Inde noui consules urbem lustrarunt, & primi iurarunt neminẽ Romæ se passuros regnare, & idem fecit populus.

Consules.

Nemo regnet Romæ

Accensi & præcones.

Apud eos summa totius imperii erat, hi senatum populum q; per accensos & præcones cogebant, hi exercitus

ductabāt. Ab eorum magistratu numerus annorū signa batur, prouinciæ consulibus describebantur, penes quos ut inquit Pomponius, summum uti esset lege rogatū est, & ne per omnia regiam potestatem sibi uendicarent, lege cautum fuit, ut ab eis prouocatio esset, néue possent in caput ciuis Romani animaduertere iniussu populi. Solum relictū est illis, ut coërcere possent, & in uincula publica duci iuberent.

DE DICTATORE ET magistro equitum.

ANno duodecimo, ut alii uolunt. ix. post exactos reges T. Largio Flauio. T. Clœlio Sicelo conss. ut alii scribūt, T. Lar. Flauio, & L. Posthumio Cominio, cū. xl. Latinorū urbes, autore Octauio Manlio coniurassent in Romanos, T. Largio à collega Clœlio, & à Senatu Po. q; Ro. creatus dictator fuit. Dictatura summus magistratus fuit, habebaturq; in summo periculo ultimū remediū, duæ secures dictatorē præcedebāt. Ab eo ad populū puocatio nō erat, & ei capitis animaduersio data est. Sex mensibus durabat, designabat sibi dictator magistrū equitum, qui primus fuit Sp. Caßius. Dictator. Magister equitum.

DE QVAESTORIBVS.

ROmulus ut Iunius lib. 7. scribit, suffragio populi quæstores binos creauit, alii uolunt Numā Pompiliū. Sed uerius constat de Tullo Hostilio. Quæ-

stores ab inquirenda & seruanda publica pecunia dicti sunt capitalibus rebus præerãt, ciues Romanos capite punire his licebat, prouincias sortiebantur, primum patritij creati, postea indifferenter patritij & plebei. & Varro sic ait, Quæstores à quærendo, qui conquirerent publicas pecunias, & maleficia, quæ triumuiri capitales nunc conquirunt. & Pædianus ait. Senatoris prima administratio erat quæstorem fieri, prouinciæ curam gerere, pecuniæ publicæ in diuersos usus erogandæ. Cornelius ait. Repetita lege curiata à Iunio Bruto post exactos reges, quæstores duo creati, qui rem militarem comitarentur, Valerius Potius, & Aemylius Mamercus. Duos deinde addidit, qui res urbanas curarẽt. Mox eũ stipendiariæ prouinciæ fierẽt, duplicatus numerus, post uero Syllæ legem creati uiginti.

Quæstores duo.

Quæstores Viginti

DE TRIBVNO PLEBIS.

ANno decimoseptimo post fugam Tarquiniorũ, Aulo Virginio Montano, & T. Vetusio Geminio conss. plebes nexu grauata, & sæpenumero decepta seditionem fecit, & tandem Sicinio duce in Sacrum montem seceßit, qui distat ab urbe tribus mil. pass. trans Anienem. Piso autor est in Auentino seceßionem plebis factam esse, & cũ illic plebes arma nõ sumpsisset, Mons sacer putatus est, unde nomen monti impositum fuit. Hinc Posthumio Cominio, & Sp. Caßio nouis coss.

Mõs sacer.

decernentibus, decem legati eliguntur ad plebem, quorũ primus fuit Menenius Agrippa, qui oratione sua plebẽ patribus conciliauit, mense septembri petiuit plebes ex suo corpore magistratũ creari. Tribunitia potestas hæc fuit, creati tribubus fuere tribuni quinq;, L Brutus, C. Sicinius, C. Licinius, P. Licinius, C. Iusilius Ringanus. Quidam duos scripsere, C. Liciniũ, & L. Albinũ. Hæc fuit reipub. pestis, hinc ciuile nefas ortũ habuit, & quẽadmodum propter seditionem esse cœpit seditiosus magistratus, semper fuit consulare ius imminutũ. Consulibus tribuni non parent, cum cæteri magistratus pareãt. Sacrosanctos enim uoluit suos tribunos uulgus, hi sedebãt primi ad limen, & acta senatus modo probabant, modo scindebant. Dies uero quo tribuni electi fuere, fuit quarto Idus decembris, & in loco ubi castra posuerunt, erecta ara Ioui soluenti metum. Tribuni dicti sunt, ut Pomponius ait, quod tunc in tres partes populus diuisus erat, aut à tribuum suffragio, quæ (ut Dionysius ait) tunc quatuor fuere. Legimus in historiis Diodori, tribunos quatuor creatos, C. Sicinium, L. Metorum, M. Duilium, Sp. Attilium, Appio Claudio & T. Curtio conss. & post anno uicesimoquinto tres tribuni consulari potestate creati, M. Genutio Agrippa, & Curtio Chilone conss. tribuni fuere M. Sempronius, L. Attilius Longus, T. Quintius, & post annos sex totidem tribuni creati sub eadem potestate, Manius Aemylianus, Ma

Tribunitia potestas.

pestis Reip

Tribuni sacrosancti.

Tribuni unde.

mercus Clulius, L. Quintius, post quatuor annos quatuor creati, M. Minius, Q. Sõtius, Seruilius prætextatus, Cornelius cons. Sequenti anno tres, M. Fabius, M. Flauuius, Lucius Seruilius, & sequenti anno L. Furius, Sp. Pinarius, & post annos septem, quatuor, C. Furius, T. Quintius, M. Posthumius, & Cornelius. Hos omnes tribunos consulari potestate fuisse constat.

DE TRIBVNIS MILITVM.

ANno ferè septuagesimo post exactos reges, seqnti anno, postq̃ tribunitia potestas consulari iure cessit, oratiõe Camilli, tres è patritiis creati tribuni militares, consentiente plebe, omnem consularem autoritatem habuere. Et ii fuere L. Furius, L. Clœlius Corinthius, Au. Sempronius Atratinus. Sequẽti anno, quatuor, P. Lucretius, C. Seruilius, Menenius Agrip. Sp. Veturius. tertio anno quatuor, A. Sempronius, M. Papyrius, Q. Fabius, Sp. Nautius. quarto anno duo, P. Cornelius, C. Fabius. quinto anno quatuor, L. Tube, C. Cornelius, C. Vale. Censo. M. Fabius, Hi creabãtur ex patribus, & ex plebe. Sexto anno ius imperii Romani ad consules rediit, qui fuere M. Cornelius, L. Furius.

Tribuni militum.

Officium autem tribunorum militum, ut Marcellus de re militari scribit, erat in castris milites cõtinere, & ad exercitationem producere, uigilias circuire, rei frumentariæ præesse, querelas cõmilitonum audire, ualetudinarios

rios inspicere, quoniam is qui tali officio præest, & dare & obseruare castrensia omnia debet. Pædianus ait, Tribunorum militarium duo genera, primum eorum, qui Rufulci dicuntur, & in exercitu creari solent. Alij sunt comitiati, qui comitijs designantur. Rufulci. Comitiati.

DE AEDILIBVS.

PLebes ubiè Sacro monte ad urbem redit, à patribus impetrauit, ut liceret sibi alios magistratus creare, qui tribunorum ministri essent, qui & ædes sacras, & priuatas procurarẽt, & qui annonæ præessent. Creauit igitur ædiles quatuor, duos qui ab solio eburno curules dicti sunt, regijs utebantur insignibus, & ornati purpura, curam sacrificiorum & ludorũ habebant. Scio & à quibusdam scriptum esse, ædiles duos ex patritijs creatos curules eo tempore, quo primus ex plebe consul factus est. Sed credibilius est, ut ijdem intelligantur ædiles. Meminit Dionysius libro sexto, & alios duos creauit plebes præpositos annonæ, quos aliqui putãt à diuo Iulio constitutos, & nominatos Cereales. Aedilium curulium potestas adeo creuit, ut ad eos summa rerum & maiestas consularis imperij uenerit. Aediles curules. Cereales.

DE CENSORIBVS.

CVm census auctus eßet, & consules non sufficerent, duo creati fuere, ad quorũ censionem, id

est arbitrium censeretur populus, & ob id censores appellati, & primi fuerunt C. Papyrius, & Sempronius, M. Geganio Macerino, & T. Quintio Capitolino cõss. Creabantur autem quinto quoq; anno, quod tempus lustrum appellabatur. Asconius Pædiauus ait, censores quinto quoq; anno creari solebant. Hic prorsus ciues sic notabantur, ut qui senator esset, eijceretur senatu, qui eques Ro. equũ publicum perderet, qui plebeius, in centum tabulas referreretur, & ærarius fieret, ac per hoc non esset in albo centuriæ suæ. Sed ad hoc non esset ciuis tantummodo, ut pro capite suo tributi nomine æra præberet. Iidem completo quinquennio lustrabant, & taurilia sacrificia de sue, oue, tauro, faciebant. Ciuiũ Romanorũ primus cẽsus factus est sub Seruio Tullo lxxxiiij. militum. & Dcc. Secundus census tertio anno post fugã Tarquiniorum, C. Valerio Publicola, & T. Lucretio conss. Inuenta puberum Romanorum ccc. xxx. milia. Tertius census anno xij. T. Largio Flauio, Q. Clœlio Sicelo conss. Idem T. Largius dictator censum renouauit. Inuenta puberum Romanorum C. L. milia, & Dcc. Ann. xix. id est. ij. post tribunitiam, habitus à consulibus census quartus, inuenta ciuium Ro. c. lxi. milia, & Dcc. Anno xxxvi. Seruio Seruilio, & Au. Verginio consulibus habitus census, inuenta ciuium puberum plura q̃ centum & decem milia, & cæterorum trecenta & xxx. milia. Anno xxxviij. Au. Manlio, & L. Fu-

Lustrum.

Attẽde amplitudinem P. R.

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL

rio conss. habitus census sextus, & ciuium Ro. incertus numerus. Supra annũ lx. ciuium numero, ut diximus, creati censores fuere.

DE DECEMVIRIS.

ANno ab urbe condita ccc.ix. Decẽuiri pro cõsulibus creati sunt, & tertio anno depositi libidine Appij Claudij, qui Virginiam stuprauit. Decẽuiri hij fuerunt, Appius Claudius Regilianus, T. Genutius, P. Sextius, Sp. Veturius, C. Iulius, A. Manilius, C. Sulpitius, P. Curiatius, T. Romulius, Sp. Posthumius Caluinus, hij ex Athenis leges tulerũt in x. tabulis, datumq; est eis ius summũ, à quibus prouocatio non erat, & datũ etiam uti leges corrigerẽt, & interpretarentur. Sequẽti anno duas tabulas addiderũt, & inde appellatæ leges. xij tabularũ. Quidã uolũt nõ eburnis, sed æneis tabulis impressas leges ꝓ rostris positas. Quarũ ferendarũ autorẽ fuisse decẽuiris Hermodorũ Ephesiũ exulantẽ in Italia, scribũt, ut Põponius refert. Dionysius ꝓ Curiatio Oratiũ dicit. Sequẽti anno decẽuiri rursus creati, Appius Claudius, Q. Fab. Vibolãus. M. Cornelius Maluginẽsis, M. Seruilius, L. Minutius, T. Antonius Merẽda, Manilius Robuleius, Q. Petelius, Ceso Duilius, Sp. Oppius Cor. apud Diodorũ sunt, C. Sergi. & P. Manius. Tertio ãno ijdẽ præfuere, neq; senatu, neq; plebe suffragia dãte, & ideo ui magistratũ obtinuerũt.

Lex xij. tabularum.

DE PROCONSVLIBVS.

POsthumio Albo, & Sex. Fusco conss. bello infelici ter contra Equos gesto ꝓcõsul creatus est T. Quintius, & is primus in eo magistiratu fuit. Eũ sex lictores præcedebant, cætera omnia habebat uti cõsules, & inde statutum est, ut qui consules uno anno fuissent, sequenti proconsules essent, deinde proconsules ad prouincias mittebãtur, & singuli singulos legatos habebãt, qui administrationi præstarent auxilium. Proconsul potestatem exercet in ea prouincia tantum, quæ ei tradita est, uel decreta, nisi uocaretur in iurisditionem uoluntariam. Apud proconsulem, ut Martianus ait, seruorum manumissio fieri poterat, & adoptio. Apud proconsulis legatum nemo manumittere potest. Sub Cæsaribus distinctæ prouinciæ, nam consulares sub senatu Poq; Ro. erant, proconsulares sub imperatoribus.

Consules.

Legati proconsules.

DE PRAETORIBVS ET DEcemuiris, & curatoribus uiarum, & triumuiris, & quinqueuiris, & centũuiris.

EO tempore quo pertinacia tribunorũ plebis, qui Romæ sine consulibus quinq; annis præfuere, L. Sestius ex plebe consul creatus esset, patres prætu ram, nouum magistratũ, Sp. Furio Camillo, M. filio dederunt, hic primus prætor urbanus fuit, à præessendo

Prætor urbanus.

prætor nominatus est. Prætoris insignia, sella curulis, trabea, lictores sex, & cætera consulum insignia. Pomponius in hæc uerba ait. Cumq; consules auocarẽtur bellis finitimis, neq; esset qui in ciuitate ius reddere posset, factum est, ut prætor quoq; crearetur, qui urbanus appellatus est, eo quod in urbe ius redderet. Post aliquot deinde annos, nõ sufficiente eo prætore, quod multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem ueniret, creatus est & alius prætor, q peregrinus est appellatus, ab eo quod plerunq; inter peregrinos ius dicebat. Deinde cum esset necessarius magistratus, qui hastæ præesset, decemuiri litibus iudicandis constituti sunt. Eodem tempore constituti sunt quatuor uiri, qui curam uiarum haberent. Et tres uiri monetales, æris, argenti, auri flatores, & tresuiri capitales, qui carceris custodiam haberent, ut si animaduerti oporteret, interuentu eorũ fieret. Et quia magistratibus uespertinis temporibus in publicum esse incõueniẽs erat, quinqueuiri constituti sunt cis Tyberim & ultra Tyberim, qui possent pro magistratibus fungi. Deinde prætores creati sunt numero captarum prouinciarum, qui partim urbanis rebus, partim prouincialibus præessent. Deinde Cornelius Sylla quæstiones publicas cõstituit, uelati de falso, de parricidio, de sicarijs, & prætores quatuor adiecit. Ab honore qui prætur æ habebatur, ius honorarium appellatum, quæ prætorum edicta erant, honoratus dictus.

Prætor peregrinus.

Quatuor uiri.

Tresuiri monetales.

Tresuiri capitales.

Quinqueuiri

Ius honorarium.

DE PROCVRATORE Cæsaris.

PRocuratori Cæsaris omnis res familiaris cõmissa erat, etiam quicquid is egisset ratũ erat apud Cæsarem, & penes hunc magna erat autoritas.

DE IVRISPERITIS.

Papyrius primus apud Ro. regias leges in unum contulit. Ad hoc Appius Claudius Regilianus decemuir, cuius maximũ consiliũ in duodecim tabulis conscribendis fuit, post hunc eiusdem familiæ Appius Claudius Centunanus, qui uiam Appiam strauit, & aquam Claudiam induxit, & de Pyrrho in urbẽ nõ recipiendo sententiã tulit, actiones scripsit, & primum de usurpationibus, qui liber non extat. Idem R literam inuenit, unde Valesij Valerij, & Fusii Furii dicti sunt. Fuit post hos maximæ sciẽtiæ Symphronius, cognomẽto Cata. Deinde C. Scipio Nasica optimus à senatu iudicatus, cui publice domus in sacra uia data est, quo facilius consuli posset. Deinde Q. Mutius, qui ad Carthaginenses missus est legatus, cum eßẽt duæ tessaræ positæ, una pacis, altera belli, arbitrio sibi dato, utrũ uellet, referret, Romam utranq; sustulit, & ait Carthaginen. petere debere, utrum mallent accipere. Post hos fuit Tiberius Corũcanus, qui primus profiteri cœpit, cuius tamen scriptum nullum extat. Deinde Sext. Aelius, & frater

Appius Claudius Centunanus R. literæ inuentor quod nõ est uerisimile.

eius, P. Aelius, ambo cõsules, Ennius Sex. Aeliũ Catũ appellat. Deinde Cato Portiæ familiæ princeps Tusculo genitus, cuius libri extant. Postea P. Mutius, & L. Brutus, & P. Manilius ius ciuile fundauerunt. Ex his Mutius consularis fuit, & decẽ libros reliquit. Brutus prætorius vii. Manilius consularis & pontifex maximus treis. Ab his profecti sunt P. Rutilius Rufus cõsul Romæ, & Asiæ proconf. & P. Verginius, & Q. Tubero ille stoicus Pãsæ auditor & cõsul, & Sex. Pom. Cn. Pompeii patruus. Eodem tempore Cælius antipater, qui plus eloquentiæ, q̃ scientiæ iuris operam dedit, & L. Crassus Mutianus P. Mutij frater, quem Cicero iuris consultorum disertissimum dicit. Post hos Q. Mutius P. filius, pontifex max. ius ciuile redegit in libros. xviii. Mutij auditores fuerũt cõplures, præcipuæ autoritatis Aquilius Gallus, Lucilius Balbus, & Sext. Papyrius. Dehinc Seruius Sulpitius, qui in causis orãdis post M. Tulliũ primum obtinuit locũ, repræhensus à Q. Mutio, quod ius nõ intelligeret, iuri operã dedit sub Lucilio Balbo & Aquilio Gallo. Seruius cũ in legatione periisset, Po. Ro. statuã ei, p rostris erexit, quæ hodie extat in foro Augusti. Reliquit clxxx. libros de iure ciuili. Seruij disciplina manauerũt Alphenus Varus, C. Flauius, A. Ofilius, Titius Celsus, Aufidius Gura, Aufidius Mamusa, Flauius Priscus. C. Attius, Antistius Labeo primus. P. Celsus. Libri digesti fuerũt ab Aufidio

Ius ciuile.

Seruij Sulpitius

Mamusa. Ex his Alphonus consul fuit, & Ofilius Eq. ordinis, qui edictũ prætoris diligenter primus cõposuit. Fuit eodem tempore Trebatius Cor. Maximi auditor, Au. Casellius, Q. Mutius Vollusi auditor Quæstorius. consulatũ enim renuit offerente Augusto. Ex his Trebatius peritior, Casellius eloquentior, Ofilius utroq; doctior. Deinde Aelius Tubero, q postquàm accusauit Q. Ligariũ, nec obtinuit apud C. Cæsarem, à causis agendis ad ius ciuile transijt. Cicero Ligariũ defendit oratione satis pulcherrima. Post hunc Atteius Capito, qui consul fuit Ofilij imitator, annum sic diuisit, ut Romæ sex mensibus cum studiosis esset, & totidẽ in secessu in cõscribendis libris, ideo reliquit uolumina .xl. Labeo ingenij qualitate, & fiducia doctrinæ, qui etiã præ cæteris operam philosophiæ dederat, plurima innouare instituit. Atteio Capitoni Massurius Sabinus successit, Labeoni Nerua, qui fuit Cæsari familiarissimus. Massurius Sabinus eques Ro. publice primus scripsit. Hoc beneficiũ à Tiberio Cæsare dari cœpit. Nam ante tẽpora Augusti publice respondendi ius à principe nõ dabatur. Sed qui fiduciam suorũ studiorũ habebant, consulentibus respondebant, neq; responsa utiq; signata dabant. Sed plerũq; iudicibus ipsi scribebant, aut testabantur qui illos consulebant. Primus diuus Augustus, ut maior iuris autoritas haberetur, constituit, ut ex autoritate eius responderent, & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cœpit, &

Edictum prætoris.

Ius respondendi publicæ.

ideo optimus princeps Hadrianus, cum ab eo uiri prætorij peterent, ut sibi liceret respondere, respondit eis, hoc non peti, sed præstari solere. Et ideo si quis fiduciam sui haberet, delectari se populo, ad respondendum se præstaret. Igitur Sabino cōcessum est à Tiberio Cæsare, ut populo responderet. Cui cum amplæ facultates non essent, à suis auditoribus substentatus est. Sabino successit Cassius Longinus, natus ex filia Tuberonis, quæ fuit neptis Seruij Sulpitij, is & consul fuit cum Cratino sub Tiberio, à quo propter autoritatem ciuitate pulsus fuit, & ab Imperat. Vespasiano reuocatus, diem obijt. Neruæ succeßit Proculus. Fuit eo tempore & Nerua alius, & alius Longinus eques Ro. & prætorius, sed Proculi autoritas maior fuit. Nam & qui successere, partim Proculani, partim Cassiani appellati sunt, quæ origo à Capitone & Labeone cœperat. Caßio Cælius Sabinus successit, qui plurimum sub Vespasiano potuit. Proculo successit Pegasus, qui sub Vespasiano præfectus urbis fuit. Cælio Sabino Priscus Iabolenus; Pegaso Celsus, Celso patri Celsus filius, & Priscus Neratius, qui utriq; consules fuerūt, Iaboleno Prisco Eburnius Valens, & Tuscianus, item & Sabinus Iubianus.

Proculani.

Caßiani.

POMPONII

LAETI DE SACERDOTIIS. ET PRIMO DE PRIMA RELIGIONE APVD LATINOS.

Faunus.
Aborigines.

FAunus antiquissimus omniũ regum in Latio fuit. Aboriginibus imperauit, homines more ferarũ uiuentes, in mitiorem uitã redegit, lucos sacrauit, locis & urbibus nomina dedit, ædificia erexit, tẽpla ædificauit, quæ ideo à Fauno fana dicuntur, quod põtifices sacrando illic fantur. Faunus in Latio cultũ deorũ institu isse fertur. Quidam scribunt ante Faunum imperasse Ianum, & cultũ deorũ demonstrasse. Fauni soror Fatua uaticinatrix, ab ea uates Fatuarij dicũtur, hæc traditur mulierũ castissima, ideo eam Romani Bonã deã appellauere, cuius templũ est in saxo Auentini mõtis, unde ingressus uirorũ phibetur, & ei fœminæ tantũ sacrificãt.

Fana.
Ianus.
Fatua.
Fatuarij.
Bona dea.

Lupercalia
Lycæa.
Pan.
Iunus.
Februarius.
Euander.
Februata dies.

DE LVPERCIS.

LVpercalia sacrificia ad expiandos manes fiebãt, græce Lycæa dicta à Pane Lycæo numine Arcadico, quẽ Romani uocãt Iunũ, & idẽ putatur esse Fauno. Lycæo sacrificatur in spelunca, quæ sub Palatino mõte est. Mensis, quo hæc sacra fiũt, Februarius à februãdo, id est purgãdo, dicitur, & dies Lupercaliorũ fe

bruata. Euander ex Arcadia hoc solenne in Latiũ tulit, & instituisse fertur, ut nudi iuuenes Lycæum Pana uenerantes, per lusum atq; lasciuiã currerent, hoc primũ ludicrũ, id est Lupercal Romulus accepit, dictũ uidetur à Lycæo, quia λύκος lupus est, inde Lupercal. Scribũt aliqui à lupa nutrice Romuli ac Remi. Nam ab eo loco solenne incipit, ubi lupa lac uagienti præbuit, aut à capris, ut sit luere, id est purgare p capras (capræ enim in eo sacrificio mactãtur) aut quod Pan lupos arceat. Traditur & alia causa, quare nudi Luperci, aut quod Faunus p uestes ab Hercule delusus fuerit, & meminit Ouidius. Aut quod cæso Amulio Rom. & Remus fœdati uultus n sanguine, nudatis gladijs, & uestibus succincti, ab Alba usq; ad ficum Ruminalem cucurrerunt. Vnde seruatur in Lupercalibus, nobiles adolescentes faciem sanguine sibi fœdant, & alij accurrunt, cum lana lacte madida tabum abstergentes. Aut quod cum Romulus in palæstra esset, nudus latrones insecutus fuerit, & uotum Pani Lycæo fecerit. Sed ego uerius puto, uel à Lycæo uel à lupa. Ideo Romani in Lupercalibus canẽ immolant, quoniam naturaliter canis lupis aduersatur, ob quod Romulus lupæ nutrici gratias habere uidetur. Luperci tergora capris eripiunt, & succincti discurrunt circum antiquum oppidum, id est palatium, occurrentes coriis uerberant. Fœminæ ultro obuiam occurrunt, facilem partum sperantes.

Pan Lycæus.

Lupercal.

Luere.

Canis immolatur.

Antiquum oppidum.

POMPONII LAETI DE POTITIIS ET Pinarijs.

Hercules. VIctor Hercules, cæso Geryone Chrysaori filio in Erythra, quæ est insula Oceani Hispani, ab acto nitidarum boum armento, in Latiũ uenit, & prope Tyberim loco herbido procubuit, ut læto pabulo reficeret boues. Cacus latronum princeps eximias boues duas caudis in spelunca traxit. Hercules somno excitus, lustrato grege, cum partem abesse numero sensit, omnia circuit, aduersa uestigia comperit, confusus nouitate rei, ex loco infesto agere armentũ cœpit. Cum actæ boues desiderio relictarum mugissent, reddita fuit è spelunca uox, quæ Herculem conuertit, inuenta fraude, Cacum neci dedit. Concursus trepidantium pastorũ aduenam rem cædis faciunt apud Euandrũ, qui miraculo literarum, inter rudes artium homines, ea loca tũ regebat. Is intuens habitũ, formamq; uiri, rogat, qui uir esset, ubi nomen, patremq; ac patriam accepit, quia sic Carmenta mater eius uaticinata fuerat, extemporalem aram Herculi erexit, iuuencum indomitum mactauit. Inde seruatum est, ut quotannis Ro. bouem indomitum Herculi immolent, & Hercules epulum populo dedit, sacrũ fieri uoluit à Potitijs & Pinarijs, quæ tũ familiæ maxime inclytæ ea loca incolebãt. Forte euenit ut Potitij præsto essent, hisq; exta apponerentur, & Pinarij, quia tardi fuere, extis adesis, ad cæteram uenirẽt dapẽ.

Cacus.

Ara extemporalis.

Potitij.

Pinarij.

Potitij ad Euãdro edocti, antistites sacri eius diu fuerũt, postea cum interijssent, empti de publico serui, officium exercuerunt. Ara ab Euãdro erecta, cui Hercules decimas soluit, maxima uocatur, & proxima est foro boario, ubi ex uoto decimæ fiũt. Tradunt, qui uelit diues fieri, Herculi decimas soluat, hinc opes M. Luculli factæ memorãtur, & ipse Hercules thesaurorũ deus putatur.

Hercules thesaurorum deus.

DE FRATRIBVS ARVALIBVS, Qui primi fuerunt filij Laurentiæ.

MAssurius Sabi. qui tempore Augusti fuit, xij. suscepisse liberos Accam Laurentiam, scribit, ex quibus cum unum extulisset, grauiter indoluit. Romulus in demortui locum se dedit, & ita nutricẽ pientißime consolatus est. Ab hoc numero duodenario, aruorum sacerdotes xij esse uoluit, & ut Plynius ait, se inter liberos Accæ Laurentiæ fratrem duodecimũ appellauit. Fratres aruales hij nominati sunt, qui sacra publica faciunt, propterea ut fruges ferãt arua, à serendo igitur & aruis, ut Varro scribit, fratres aruales dicti sunt. Laurentiam in eo sacerdotio dedisse Romulo spiceã coronam pro religiosißimo insigni, quæ uitta alba colligaretur, & item Plynius ait.

Acca Laurentia.

Fratres aruales.

Corona spicea.

DE AVGVRIBVS.

AVgurandi ars antiquissima, à Chaldæis ad Græcos, apud quos Amphiaraus, Mopsus & Cal-

chas summi augures habitu sunt, à Græcis ad Hetruscos uenit, ab Hetruscis ad Latinos, & ipse Romanorũ pater Romulus augur fuit, & ideo instituit magistratus auguriis confirmari, & posteri nõ nisi augurio iubẽte, res inchoabant. Locus augurii templũ erat, augur uersus orientem sedebat, capite uelato, lituũ detra tenens manu, id est, curuũ baculũ, quo in cælo regiones diuidit, & quæ auguria ueniũt, prædicit. si leua fuerint, quia aliena parte septentrio est, felicia pronũciat, pars illa orbis propter altitudinem prospera putatur, & à dextra parte meridies, quia depressus est infelix. Dionysius meminit antiquã augurandi obseruationem fuisse etiam Aboriginũ. Nam Ascanius, priusq; aciem cõtra Mezentiũ educeret, augurium captauit, & ubi micare à sinistris fulgur cõspexit, pugnauit, & uictor fuit, tantaq; ueneratio & utilitas inde fuit, ut collegium augurum constitutum sit, & primum tres augures fuere à tribus tribubus, sic instituisse Romulum tradit Dionysius, inde quatuor creati. Tandem plebe per tribunos id petente, quinque plebei augures, quatuor patritiis adiuncti fuere, & sic numerus nouem augurum mansit.

Augurandi ars.
Romulus augur.
Locus augurij.
Ascanius augur
Collegium augurum.
Augures nouem.

DE VESTALIBVS.

Ignis Vestalis.
Aedes Vestæ.

VEstalem ignem cũ penatibus Aeneas è Troia in Latiũ tulit, cõdito Lauinio, Vestæ ædem sacrauit. Postea Asca. cõdita Alba, tẽplũ Vestæ ædi

ficauit in montis Albani parte, cui suberat lucus, in quo Ilia Romuli mater à Marte compressa fuit. Vestæ ministræ uirginitatem seruabant. Mos Latinis fuit, generosas & castas uirgines legi, post multos annos Romulus castissimas sacrorum cæremonias constituit, & ut Varro tradit, sacerdotes sexaginta, qui publica sacra facerẽt, per tribus & curias creauit, à uirtute & generis nobilitate. Inopes & aliqua parte corporis debiles, sacerdotes fieri uetuit, & in curiis singulis Vesta quædam cõmunis erat. Templum Vestæ Romulus condidit, & uirgines legit. Sed frequens opinio Numam Pompiliũ asserit. Credibile est Romulum, qui in omnibus curiis Vestã esse uoluit, separatim non posuisse. Rotunda effigie templum est inter Capitolium & Palatium, in eo seruabatur perpetuus ignis, quia Vesta nihil aliud est, quam purus ignis. Sunt qui dicant alia quædã arcana in eo templo seruari, etiam pontificibus & uirginibus ignota, quidam duo dolia non magna, alterum clausum, alterũ apertum, in quo nihil est. Quidam aiunt à uirginibus Palladium seruari cælo lapsum in Troia. Primæ uirgines à Numa electæ quatuor fuere, Gegania, Berenia, Camilla, Tarpeia, duæ aliæ à Seruio Tullo additæ. Castitas uirginibus terminata est in xxx. annos, decem primis discit uirgo, totidẽ ministra est, in reliquis docet, post xxx. annos nubendi potestas ei fit. Prima quæ capta fuit Amata traditur, ideo cum capitur uirgo, hoc nomen ei impo-

Sacerdotes sexaginta.

Arcana in templo Vestæ.

Duo dolia ibidem.

Palladium.

Amata.

nitur, capitur à pontifice nõ minor annis vi. & nõ maior x. & quæ non sit patrima & matrima, néue lingua, sensu aurium diminuta, aliaáue corporis labe, neq; filia serui, neq; eius qui domiciliũ in Italia nõ haberet. Vestalis si petulanter deliquisset, uerberabatur à pontifice, si incesta fuisset, hoc modo pœnas luebat, uincta efferebatur in Sandapila per mediũ forũ usq; ad portã Collinã, ibi tumulus impudicarũ Vestaliũ inter muros imminet, in quo est parua cauerna subterranea, ad quã per foramen scalis descenditur, in qua est stratus lectulus, & lucerna ardẽs, & panis, lac, oleũ, ne fame intereat. Deponitur hic Vestalis, soluitur uinclis, capite uelato in supplicium ducitur, pontifex cũ arcana quædã pronunciauit, cũ sacerdotibus terga uertit, & statim impudica Vestalis in cauernã demittitur, inde fossa tellure repletur usq; ad operculũ, ea die silentiũ & mœstitia in tota urbe est.

Vestalis de linquentis pœna.

DE FLAMINIBVS.

Dialis. Martialis. Quirinalis Flamines. Faminij. Flaminulæ. Camilli.

DIalem & Martialem flaminem Romulus instituit, Numa Quirinalem addidit. Varro asserit Numã Pompiliũ flamines singulis dijs fecisse, & ab eis nomina dedisse, hinc resp. hoĩbus in cælũ relatis, flamines decreuit. Dicti aũt flamines sunt ex gestatione pileorũ, quasi pileamines, quidã aiunt ab infulis quas flãmas uocãt. Eorũ ministri Flaminij dicti, & ministra flaminulæ. Sed rerũ omniũ sacrarum administri Camilli

dicebat

dicebantur, flamines non poterant, nisi singuli singulis dijs attribui, & nephas sine pileo erat egredi domum.

DE SALIIS.

SAlios xij. Marti Gradiuo legit Numa, dicti à saltando, quod facere in comitijs quotannis & solēt & debent, uersicoloribus tunicis ornati per urbē tripudiāt, succincti æneis baltheis. Togas fibulis nectūt, quas trabeas uocant, gestant in capite pileos, quos uocāt apices, gladio accinguntur, dextra lanceam aut uirgam ferunt, leua Thraciam peltam, cælestia sunt arma, anci le uocant, id est circum excisum, id fertur cælo lapsum in regiā Numæ, anno octauo regni eius. Lege cautū erat, ut Salij liberi essent, & indigenæ, & quorum uterq; parens uiueret, & cuiuscunq; fortunæ, pauperes aut diuites. Quidam Salios appellatos putant à uiro Samothracee seu Mantineo, nomine Salio, qui saltationē in armis inuenit. Traditur Tull. Hostil. duplicasse numerū Saliorū.

Trabea. Apices. Ancile. Salius.

DE FOECIALIBVS, & patre patrato.

FOeciales dicti, quod fidei publicæ inter populos præeant, nam per hos fiebat, ut iustum conciperetur bellum, & ut fœdere fides pacis constitueretur. Eos instituisse dicitur Numa, cū indicendū esset bellū Fidenatibus, hi mittebantur priusq̄ cōciperetur bellum,

Fœciales

ad res repetendas, & si non impetrabant, bellum indicebant. Fœcialium unus qui patrem patratum faciebat, ex ipsis sœcialibus electum, sacris uestibus ornatus, ad autores iniuriarum procedebat, priusq̃ urbem intraret, iantorem uel aliũ qui obuiam fuisset, alloquebatur quibusdam imprecationibus. Inde in forum pergit, illic disserit qua causa uenerit, tempus ad consultandũ dat xxx. dierũ, si per hos dies res infecta maneret, dijs cœlestibus manibusq́; inuocatis, abit, & ad senatum refert, & ubi in senatu, quod iustum piumq́; esset, actum erat, fœcialis belli indicebat. Fœcialiũ sacra nefas uiolare erat, nã Fabius cũ ea uiolasset, urbs Romana à Gallis Senonibus euersa fuit. Dicuntur fœciales à fœdere faciendo seu seriendo, Pater patratus à patrando, id est sanciendo fœdere, quidam à fœcialibus creabatur, qui tantũ in fœdere sanciendo præerat, ut quidam scribunt.

Pater patratus unde

DE PONTIFICIBVS.

Pontifices è patribus legit Numa, & ex his pontificem maximum fecit Martiũ Martij F. & ipsius Numæ generum, cuius scitis omnia publica priuataq́; sacra subiecit, ut esset quò consultum plebes ueniret, & idem nec cælestes modo cæremonias, sed & iusta funebria & prodigia quomodo susciperentur, & curarentur. Defuncto pontifice maximo, alius eligebatur nõ à populo, sed ab ipsis Pont. Appellati sunt (ut Varro scri

Pont max.

bit & Dionysius) à pōte Sublitio, quē reficiebāt, quare uidentur à Numa nō pontifices, sed sacerdotū principes nominati, & inde regnante Anco Mar. quādo Sublitius pons factus fuit, à ponte pontifices appellati, & ideo sacra ab eis trans Tyberim non mediocriter ad pontem fiunt. Scæuola pont. max. dicebat pōtifices dici à posse & facere. Quidā scribūt ab eo, qd'potētia sacra pficiant.

Sacerdotes principes.

Pontifex unde.

DE REGE SACRIFICVLO.

POstq̄ Romani iam liberi, extincto regio nomine, consules crearunt, necubi desiderium regis esset, propter quædam sacra publica, quæ reges faciebant, regem sacrificiulum constituerunt, & è patribus elegerunt C. Manium Papyrium, & id sacerdotiū pontifici subiecere, ne nouæ libertati additus nomini honos officeret. Is Papyrius quietis studiosissimus fuit, idem fuisse memoratur, qui leges Numæ, ab Anco Martio in tabulis quernis inscriptas, rursus in publicū traduxit.

Rex sacrificulus.

DE GALLIS MATRIS DEVM.

GAlli sacerdotes Cybeles matris deūm sunt, & semimares, id est castrati, ab eo quod dea puerum Phrygiū amauit Atym, cui præcepisse dicitur, ne concūberet ille cum Sagaritide nympha coiuit sub arbore. Cybele excisa arbore uicta est, puer ad Dindyma aufugit, & uirilitatē sibi amputauit. Ideo & Cybele castra

Cybele.

Atys.

Sacerdotes castrati. *Mater deũ*

tos sacerdotes habere mauult. Secundo bello Punico Romam eti deportatus est sacer lapis, quẽ matrem deũ incolæ dicebant, per legatos tres, M. Valeriũ, L. Eminiũ, & C. Ceciliũ Galbã, & quæstores duos, Cn. Tremelliũ Flaccum, & M. Val. Falconem, receptaq; fuit dea Romæ à

Nasica uir optimus. *Galli.* *Rhea.*

sapientissimo homine P. Scipione Nasica, qui à senatu in tota ciuitate uir optimus iudicatus fuit, & quod magis admirabile est, adolescẽs erat. Galli dicti sunt à Gallo flumine Phrygiæ, testes samia testa sibi amputãt. Rhea nominatur Cybele à mõte Cybelo, quæ est ps mõtis Dindymi.

DE DVVMVIRIS ET decem uiris sacrorum.

Libri Sibyllini. *Decemuiri XV. uiri.*

DVũmuiri à Tarq. Superbo instituti fuerũt, qui soli inspicerent libros Sibyllinos, deinde cũ plebes creari ex suis instaret, ex plebeis & patritijs creati decem, & inde xv. qui libros inspicerent. Sic & duũmuiris ad decem uiros & xv. uiros res deuenit, & aliquãdo data cura corrigendorũ fastorũ fuit. Hi Februarium, qui ultimus erat, post Ianuariũ posuerunt.

DE EPVLONIBVS.

Epulare sacrificium.

VEteres pontifices (ut ait Cicero) propter multitudinem sacrificiorũ tres epulões esse uoluerũt, ut ludorũ epulare sacrificium facerent, id sacerdotium antiquum fuisse constat, sed de ætate nondum legimus, numerus auctus fuit, duo additi, & quinq; fuere

epulones, & postea theatralium ludorũ atq; Circensiũ ambitione, septem fuisse epulones leguntur.

DE TITIIS SODALIBVS.

SOdales Titij sacerdotes extra urbẽ habitabãt, & in tugurijs certa auguria seruabãt, quoniã ad id deputati à Pont. erãt. Nomẽ inditũ est ab auibus.

POMPONII LAETI DE LEGIBVS LIBELLVS.

IVs pluribus modis dicitur. Naturale, quod est cõmune omnibus animalibus. Ius gentiũ, quo gentes humanæ utuntur. Ius ciuile, quod ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis, decretis principum, & autoritate prudentium uenit. Ius publicũ in sacerdotibus & magistratibus consistit. Ius priuatũ ad singulorũ utilitatem. Ius etiã dicitur locus in quo ius redditur, ut meminit Paulus de lege & de legis origine. Lex (ut Chrysip diffinit) est diuinarũ & humanarũ rerum notitia, lex dicitur rogatio & obnunciatio. Lex donũ est dei, dogma hominũ sapientum, coërcio uolũtatis. Legis uirtus est imperare, uetare, punire, permittere. Lex est æternũ quoddam, quod uniuersum mundũ regit, imperãdi, prohibendiq; sapientia, ex hac lege lex nostra est, ratio mẽsq; sapiẽtis æqualis dei est lex, constatq; ad salutem ciuiũ, ciuitatumq; incolumitatem, uitamq; omnium quietam & beatam. Igi-

Ius natu.
Ius gentiũ.
Ius ciuile.
Ius publicũ
Ius priuatũ
Ius.
Lex
Legis uirtus.

tur ubi lex nõ est, quies & beatitudo non est, & apud illos antiquißimos mos sapientum lex erat, id erat quoniã antiquitas proxime accedebat ad deum. Lex magistratibus præest, & magistratus populo. Optime putat Cicero, magistratum esse legem loquentem. Imperandi & obtemperandi modus debet esse. Nam & qui bene imperauerit, aliquando obtemperet necesse est, & ipsi mortales non solũ obtemperare & obedire magistratibus debẽt, sed eos colere atq; diligere. Potestas est facultas à populo seu principe publi. data. Magistratus dici cœptus est, cũ à populo creatus fuit magister populi, id est dictator. Prima fertur Ceres dedisse leges mortalibus, postea ipsi sapientes, Phoroneus Argiuis dedit, Moyses cœlo lapsas Hebræis, Aegyptijs Mercurius, Draco & Solon Athenienſibus, Minos Cretẽsibus, Lycurgus Lacedæmonijs Turijs Charundas, Romanis Romulus.

Potestas.
Magistrat.
Primi legũlatores.

De Allia & Fusia LL.

ALlia & Fusia lege resistebatur perniciosis legibus in ciuitate, quæ ideo erant propugnacula & muri otij & tranquillitatis. Sed Clodius tri. pl. L. Pisone, & A. Gabino coss. iiij. leges tulit, ex his secunda fuit, ne quis per eos dies, q̃bus cũ populo agi liceret, de cælo seruaret, & quarta cauebatur, ne quem censores in senatu legendo præterirent, néue quem ignominia afficerent, nisi qui apud eos accusatus, & utriusq; censo

ris sententia damnatus esset, hac lege diminuta est censura, quæ est magistra uitæ & modestiæ.

De lege Aurelia.

Aurelia lege cõmunicata sunt iudicia senatui, equitibusq; Romanis, & tribunis ærarijs. Eam tulit Aurelius Cotta prætor. De lege Acilia.

Manius Acilius Glabrio legem tulit de pecunijs repetundis, in qua ne comperendinari quidem reum sinit. L. Piso primus tulit legem de pecunijs repetundis.

De lege Annonia.

Clo. tr. pl. De annona legem tulit, ut frumẽtum quod antea senis æris ac trientibus in singulos modios dabatur, gratis daretur. De lege Annaria.

Ea lex annorũ modum finit, quibus magistratus capiendi potestas sit. De lege Aterma.

Hæc lex, cum mos priscus fuisset interrogandæ multæ per magistratus, ouis aut bouis nomine, ouis ære deno, bouis ære centeno diffiniuit.

De lege Aquilia.

Aquilia lex ab Aquilio lata, de dolo malo, de fraude, de deceptione, de simultate.

De lege Cincia.

Cincius legem tulit, qua cauetur antiquitus, ne quis ob causam orandam, domum pecuniámue acciperet.

De lege Calphurnia.

Calphurnia lege pecuniaria pœna inter alias pœnas ad

iecta fuit. L. Calphurnius Piso eam tulit.

De lege Cornelia.

Cornelia lege cauetur, ne quis legatis exterarum nationum pecuniā expensam ferret. A. Cornelius cons. tulit, & idem aliā tulit. Ne quis in senatu legibus solueretur, nisi ducēti adfuissent, ne quis cum solutus esset intercederet, cum ea de re ad populū ferret. Tulit idem Cornelius, ut prætores edictis suis ius dicerent. Lex est à Cornelio quodam lata, ut homines, qui parricidij causa telo accincti sint, gladio persequantur.

De lege Cassia.

A Cassio Longino lex lata est Cassia, qua populus p tabellā suffragia ferret. C. Mario. C. Flacco conss. alia ab eodem lata, ut ille quem populus damnasset, cuiue imperium abrogasset, in senatu non esset.

Fuit etiam lex Cassia, quâ de patriciorum delectū cauebat. Tacit. 11. Annal. 25.

De lege Fabia.

Fabia lex à Fabio lata, à qua adiecta pœna est illis q deducunt & sectantur candidatos in comitia.

De lege frumentaria.

Frumentaria lex à Sempronio Gracchо lata est, qua frumentum è publico distribueretur pop. Ro.

De lege Falcidia.

Lege Falcidia, à Falcidio lata, cauetur, ne plus dodrāte legare liceret, propterea q multi hæreditatē recusabāt.

De lege Flauia.

Flauius legem tulit de plagiarijs, cum quis dolo ser-

uum aut pecus à domino, & filium à patre subtrahit.

De lege Gabinia.

Gabinius legem tulit, qua bellũ Cn. Pompeio magno contra Piratas datũ est, contra C. Trebelli trib. pl. intercessionem.

De lege Iunia.

Iunius Syluius cons. cum Q. Cecilio Metel. legem tulit bello Cimbrico, quod diu praue & infeliciter gestum est, propter diminuta militiæ stipendia.

De lege Iulia.

Iulia lege puniuntur adulteri. Idem Iulius Cæsar legẽ tulit de peculato in eos qui remp. uel sacra furati sunt, uel furantibus auxiliati sunt, uel furta scientes susceperunt.

De lege Lectoria.

Cum adolescentes in contractibus circumueniri solerent. Q. Lectorius pœnam deceptoribus adiecit.

De lege Licinia.

P. Licinius Crassus orator, & Q. Mutius Scæuola Pont. max. legem tulerunt de regũdis ciuibus, ut in suæ quisq; ius ciuitatis redigeretur, cum multi Itali cupiditate ciuitatis Romanæ tenerentur.

De lege Manilia.

L. Manilius legem tulit, ut quando res à nobilibus aduersæ gestæ fuerant, illi ad magistratus gerẽdos admitterentur, quorũ maiores in Romana repub. magistratũ non exercuissent, huiusmodi autem noui appellantur.

Otho tr. pl. legẽ tulit, ne quis cũ ordine equestri inspe

ctaculis sederet, nisi sesteria quadraginta possideret, qd si contingeret, quisquis esset, siue ingenuus siue libertus, ãnter equites spectare liceret in gradu xiiij.

De lege Oppia.

Oppus legem tulit, ne superfluo ornatu mulieres Romanæ uterentur, néue pilentis, id est rhedis pensilibus uterentur, néue plus uncia in auribus appenderent.

De lege Hortensia.

Hortensius legem tulit, ut eo iure, quo populus statuisset, & omnes Quirites tenerentur.

De lege Pompeia.

C. Pompeius Strabo lata lege, ueteribus incolis Trãspadinis ius Latii dedit, quod cæteræ Coloniæ Latinæ habebant, ut petẽdi magistratus & ciuitatis Romæ ius adipiscerentur. Cn. Pompeius magnus legem tulit, ut quæstor suffragio populi, ex his qui consules fuerant, crearetur. Idem Pompeius legem tulit, qua asperrima pœna patricidas afficit. Si quis parẽtis, filii fata præparauerit clã & palãm, insutus culeo cum cane & gallo gallinaceo, & uipera & simia, in mare aut in flumen proiiceretur.

De lege Papia.

Lege Papia prohibẽtur peregrini uti urbe Ro. M. Plotius Sil. tr. pl. Cn. Pompeio Strabone, & L. Portio Cato. conss. legem tulit, ut singulæ tribus, quinos denos ex eo numero suffragio crearent, qui eo anno iudicarẽt. L. Rosius Otho consul legem tulit, ut in theatro equiti-

bus Ro. ordines xxiiii. ſpectandi gratia darentur.

De lege Satyra.

Satyra lex eſt, quæ uno rogatu multa & uaria com præhendit.

De lege Scantinia.

P. Scantinus legem tulit, qua puerorum concubitores graui ſupplicio afficiuntur.

De lege Tutelari.

Lege Tutelari cauetur, ne quis tutor per ſimulationẽ pupillum fraudet.

De lege Variana.

Q. Varius tr. pl. legẽ tulit, ut quæreretur de his, quorum ope conſiliõue ſocii pop. Ro. arma ſumpſiſſent.

De lege Voconia.

Voconius legem tulit, ne quis cenſus, hoc eſt pecunioſus hæredem unicam relinqueret filiam, erat autem cenſus ille, qui C. milia in profeßione detuliſſet.

De lege Valeria.

Valerius Publicola legem tulit, ut nulli magiſtratui liceret, corpus Romani ciuis indicta cauſa cõdemnare, liceretq; damnatis ad populum prouocare.

Hæc habui M. Pantagathe, quæ de magiſtratibus & ſacerdotiis, & legibus cõpendioſe ſcriberem, ut ex eo cõpẽdio aliqua ad noſtros utilitas pueniat, & ita depinxiſſe opinor, ut ante oculos uelut in tabella poſuerim. Scribant alii diffuſius, Pomponio ſatis eſt placere ſuis.

FINIS.

De lege Sænia

L. Sænius legem tulit, qua patricíorum numerus impletus. Tacit. 11. Annal. 25.

De Lege Glitia

Eſt de hac inſcriptio l. 4. ff. de inoff. teſt. ubi vid. Gotofr.

THEODO

RICVS GRESEMVNDVS

LECTORI. S.

EN tibi lector humanißime Valerij Probi in singulares antiquorũ literas interpretamenta, quibus nos pleraq; paßim inuenta adiecimus. Inter quæ si quid forte occurrerit, quod friuolũ tibi aut nimis temerarium uideatur, memineris ipsum quoq; Probũ nõ parũ multa eiusmodi posuisse. Nos ea quæ uides transeunter, neq; tamẽ omnino sine delectu, pro temporis angustia cõgeßimus. Tu proinde cui plus est otij, quicquid lolij, aut auenarũ spici legio huic nostro inerit, diligẽter excute, id est ubi libellũ emeris, obelo censorem age. Poteris etiam quicquid repereris insuper, arbitratu tuo addere, cuius rei gratia tibi post singulas literas, singula interualla reliquimus. Valerio Pomponiũ Lætũ de Rom. magistratibus, Sacerdotijs, & Legibus subiecimus. Videntur enim omnia hæc antiquitatibus cognoscendis, quas ad Theodoricũ Zobel uirũ profecto nobilium eruditißimum, & eruditorũ nobilißimum dedimus, non parum accõmoda, quæ tu lector boni & æqui consule, accepturus paulo post collectanea nostra antiquitatũ, tam in urbe, quàm in agro Moguntino repertarum. Bene Vale.

VALERII PROBI GRAMMATICI DE LITERIS ANTIQVIS OPVSCVLVM.

Stetiã circa præscribendas, uel paucioribus literis notãdas uoces studiũ necessariũ, quod partim pro uolũtate cuiusq; fit, partim usu publico, & obseruatione communi. Nam apud ueteres, cum usus notarũ nullus esset, scribendi facultatem maxime in senatu, qui aderant in scribendo, ut celeriter compræhẽderent, quædam uerba atq; nomina ex cõmuni consensu primis literis notabãt, & singulæ literæ quid significabãt, in promptu erat, qd̃ nominibus, pronominibus, legibus publicis, pontificiũq; monumẽtis, iurisq; ciuilis libris etiã nũc manet. Ad quas notationes publicas accedit etiam studiorũ uoluntas, ut unusquisq; familiares sibi notas pro uoluntate signaret, quas compræhẽdere infinitum est. Publicæ sanè tenendæ sunt, quæ in monumẽtis plurimis, & historiarũ libris, sacrisq; publicis reperiuntur, ut sunt istæ.

VALERII PROBI
DE LITERA A.

	A.	Aulus uel ager
	Aug.	Augustus uel augur
al. Augusti.	AA.	†Augusta
	A.GELL.	Aulus Gellius, uel AVL. id est Aulus Gellius
	AA. uel AVG.	Augustalis
	AVR.	Aurelius
	AG.	Agit
	AC.	Actio
	ACON	Actiones
	ACON.	
	ACIN.	Actionem.
	AM.	Amicus
	AM.N.	Amicus noster
	AVT. uel AVTHOR	Authoritas
	A.	Aut uel ager
	AT.	Autem
	AN.M	Actionem mandat
	AP.	Apud
	APP.	Appellat
	ACC.	Acceperat acceptat
	ADI.	Adiutor
	ADI.P	Adiutor prouincie uel potentiæ, uel populi.

AD.L.	*Ad locum uel ad limites*
AD.F.	*Ad finem*
AD.E.	*Ad exactorem, uel ad effectum, uel effectorem.*
AB.V.C.	*Ab urbe condita.*
AED	*Aedes.*
AAA.F.F.	*Aere, argento, auro, flato, ferũdo, uel flauo feriũdo, uel fœcundo.*
A.L.E.	*Arbitriũ litis extimãdæ, uel Arbitriũ liti extimandæ*
A.D.P	*Ante diem pridie*
A.A. L.M	*Apud agrum locum monumenti*
A.P.R.C	*Anno post Romam conditam.*
AG.	*Agrum uel Agrippa*
AEDIL. CVR.	*Aedilis curulis*
AED.PL.	*Aedilis plebis*
A.P.Q.	*Auli Publii Quinti.*
A.A.	*Apud agrum.*
APP.	*Appius*
ANN. *uel* AN.	*Annis uel annos*
ANT.	*Ante uel anteor*
A.N.	*Ante noctem*

A.X.	*Annis decem*
ANT.T.C.	*Ante terminum constitutũ*
AAA.FF.Qu.Ti.	*Auri, argenti, æris flator fabricæ quirinalis Tiberi.*
ADP. *uel* ADOP.	*Adoptiuus.*
ACVB.AVGG.	*A cubiculo Augustorũ.*

ADDITIO A.

ADIAB.	*Adiabenicus*
A.B.	*Alia bona*
A.B.V.	*A bono uiro*
ABS.	*Absolutus*
AER.COL.	*Aere collato*
A.L.	*Alia lex*
AER.	*Aerarius*
AM.P.	*Amabilis persona uel amicus principis*
A.O.	*Alij omnes*
AP.IVD.	*Apud iudicem.*
AEQ.P.	*Aequalis uel equestris ꝑso.*
A.TER.	*A tergo*
A.F.	*Auli filius*
A.A.V.C.	*Anno ab urbe condita*
AVGG.	*Duo uel plures Augusti*
AV.	*Aucus*

AVREL

AVREL.	Aurelius.
AVR.	Aurum uel Aurelius.
AVG. LIBER.	Augusti libertas, uel libertus.
A.A.V.	Ambo alterue.
A.F.P.R.	Aptũ fide Publij Rutilij.

B

B.	Bonus uel Brutus uel Balbi (us.
BR.	Bonorum.
B.F.	Bona fide uel fortuna. uel Bona filia.
BF.	Beneficium, uel bonũ factũ uel benefecit.
B.F.C.	Bona fide contractum.
B.M.	Bonæ memoriæ.
B. uel.B.	Balbius uel Balbus.
B.A.	Bonam actionem.
B.M.	Bene merenti.
B.P.	Bona possessio.
B.M.F.	Bene merenti fecit.
B.M.P.	Bene merenti posuit.
B.P.	Bonum publicum.
B.P.	Bona paterna.
B.F.	Bene fecit.

B.AV.	Bonis auſpicijs, uel bonis auibus
B.V.	Bonus uir
B.F.	Bona fœmina
B.R.P.N.	Bono rei publicæ nato
B.F.P.	Bonæ fidei poſſeſſor

ADDITIO B.

B.R.	Bonorum rector
B.C.	Bonis ceſſit
B.D.	Bonum datum
B.G.	Bona gratia
B.H.	Bonus homo, uel bona hæreditaria
B.I.	Bonum iudicium
B.L.	Bona lex
B.I.I.	Bonum iudicis iudicium
B.N.	Bonum nomen, uel bona noſtra
B.O.	Bene optime
B.Q.	Bona quæſita
B.S.F.	Bene ſatis fecit
B.T.	Bonorum tutor
BRT. al. BRITANIC.	Britanicus
BEN.ME.	Bene merẽti uel bene merito

B.V. Bene uixit

C

C. Caius, uel cum, uel centum
C.S. Consulum sententia
CL. Claudius
CIPP. Cippum
CM. Comis, al comes
CN. Cneuius, uel Cneus, uel Gneus.
COR. Cornelius
CAES. Cæsar
CAES.A.uel.AVG. Cæsar Augustus
CR. Contractum
C.CR.al.C.CT. Contrarium contractum
Ↄ Con
Ↄ. Caia
ⅭO.uel Ↄ. Controuersia
CC Circum
CA Causa
C.M.uel CA.M. Causa mortis, ul Caius Marius
C.R.C. Cuius rei causa
C.R.C.P. Cuius rei causam promittis al causa

COS.	Consul.
COSS.	Consules.
C.LIB.	Caij libertas.
CON.	Consularis.
C.R.	Ciuis Romanus.
COL.uel.CL.	Colonia uel Coloniæ
COL.	Coloni uel Collega.
COLL.	Collegæ uel collegia, uel collegium, al'. Coloniæ, uel Coloni.
CL.	Conlibertus, al' conliberta.
COIVX.al'.CO.	Coniux.
C.E.C.	Coloni eius coloniæ
CR.	Creticus
CONS.	Consiliarius.
CN.ARR.	Cneus Arrius.
C.C.	Consiliũ cesset, uel cœpit
C.C.	Causa cognita
C.V.	Centumuirum
COM.OB.	Comicia obdriaca, uel obchiaca..
CEN.A.	Censoris arbitratu
COH.	Cohors
COS.DES.	Consul designatus
COSS.DESIG.	Consules designati
C.F.	Caij filius

CR.	Crispus.
D.T.	Caia liberta
D.T.K.	Cõliberta karissima
CVR.	Curionũ, curiarũ, uel cursor
CENT.	Centenarium, ul' cẽturio
	Centuria, uel centurionum
CENTN.	Centuriones
CA. uel. CAM.	Camillus
CENS. uel CNS.P.	Censor perpetuus, uel peregrinus.
C.L.	Caius libertus
CONLIB.	Conlibertus

ADDITIO C.

CES.	Cespius
CAESS.	Cæsares
CS.	Consiliarius
CSS.	Consiliarij
C.P.	Ciuis publicus.
CONIV.	Coniux uel coniunxit
C.R.	Caius Rufus
C.V.	Clarißimus uir, uel cõsularis
CEN. AR.	Cẽsoris arbitratu.
CAR.	Carissimus
C.N.	Caius noster, ul' ciuis noster
CVL.	Cultores

C.D.	Capite diminutus, uel Caius Dacius, al's Drusus
CONTVB.	Contubernalis
C.O.	Ciuitas omnis
CA.	Camillus, ul' canis, uel Cato
C.B.	Commune bonum
C.C.C.	Censa ciuium capita
C.H.	Custos hæredum
C.F.C.	Clam fugiendi causa
COLLE.FABR. M.R.	Collegio fabrorum militiæ Rauennatis
COER.	Cœrauit
CVR.VIAR.	Curator uiarum
COS.II.	Consul iterum
COS.III.	Consul tertium
CON.SEN.ET. EQ.OR.P.Q.R.	Cõsensu senatus & equestris ordinis populiq; Romani.

D

D.	Diuus
D. uel Ꝑ.	Diua
DEST.	Destinato
D.PP.	Deo perpetuo
D.P.	Diuus pius, uel dijs penatibus.

D.	Deuotus uel diutius
D. D.	Deo dicauit
DEC.	Decius
D. D.	Dotis dictio
DD.	Dedicauerunt uel dedicarũt.
D. V.	Deuotus uir, uel uester
DOT.	Dotem
D. P.	Dotem petit, uel dijs paternis
D. F.	Dotem fecit, uel dolũ, uel donum, uel Decij filius
D. M. uel D̄. M̄.	Dolum malum, uel dubium malum.
D. D. S.	Dijs deabus sacris
D. M.	Domus mortui
D. M.	Dijs manibus
D. M. S.	Dijs manibus sacrum
D. D.	Dijs dantibus
DT.	Duntaxat
DN.	Dominus
DNN.	Dominis
DL.	Delego
DICT.	Dictator
D. Q.	Diis Quirinalibus
DD. uel D.	Dedicauit
DE.	Defunctus
DIL.	Dilectissimus

DVL.	Dulciſsimus
D.Q.R.	De qua re
D.Q.S.	De quo ſupra
D.C.S.	De conſulum ſententia
DIG.M.	Dignus memoria
D.PEC.R.	De pecunijs repetundis
D.T.S.P.	Diem tertium, ſiue perendinum.
D.V.	Diis uolentibus
D.L.S.	Diis laribus ſacrum
DR.	Druſus.
D.N.	Domino noſtro
DD.NN.	Dominis noſtris
D.D.D.	Datus decreto Decurionum, uel decreto, ſeu dono Decurionum, uel dono dedit, dicauit, uel dono Decurio dedit.
D.D.	Dono dedit
D.D.	Deo domeſtico
D.M.AE.	Deo magno æterno
D.D.	Dedit donauit
DIL.S.	Dilectiſsimus ſeruus
DEC.DEC.	Decem decani
DEC.DEC.	Decreto decurionum
D.L	Dat laudes

DES.	Designauit
D.D.L.M.	Dono dedit libero munere
D.C.uel CAES.	Diuus Cæsar
D.P.S.	Deo posuit sibi
D.L.D.P.	Dijs locum dedit publice
DVC.DVC.	Ducum ductore, uel ductorũ ductor.
D.IMM.S.	Diis immortalibus sacrum
D.I.M.	Diis inferis maledictis
D.D.D.D.	Dignum deo donum donauit als dicauit.
D.V.	Deuotus Vestæ.
D.AVG.uel.A	Diuo Augusto
D.C.A.	Diuus Cæsar Aug.
DOMIC.COS.XIII. LVD.SAEC.F.C	Domitius consul tertiumdecimum, Ludos sæculares faciundum curauit.

ADDITIO D.

D.Q.	Diuus quæstor, uel diiq;
D.G.	Dedit gratis.
D.H.	Donauit, uel dedit hæredibus
D.I.	Diis immortalibus, uel dari iußit.
D.L.	Donauit locum, uel Decii libertus.

D.O.M.	Deo Optimo Maximo, Diis omnibus manibus
DATHI.	Dathicus
D.O.	Diis omnibus uel deo optimo
D.M.F.V.C.	Doli mali fraudisue causa
DP.S.D.L.D.P.	Deposuit sibi diis locum dedit publice
DOMIC.COS.IN. LV.SAEC.F.C.	Domicius cõsul in ludos sæculares faciundum curauit
D.	Quingenta
D.D.D.	Dono dedit, dicauit
DED. *uel* DEDIC.	Dedicata
D.S.P.	De sua pecunia
D.S.P.L.D.	De sua pecunia laribus dant, uel dedit, uel dederunt
D.L.A.P.	Donum libens animo posuit
D.	Decius, Drusus, deuotus, domus, dicauit, dedit
D.D.	Decreto Decurionum
DEC.	Decurio
D.F.	Donum fecit, uel dolum fecit, uel Decii filius
D.D.S.	Diis deabus sacrum
DF.	Defunctus
D.P.R.	De pecuniis repetundis
D.V.	Dies quintus

DRV.	Drusus
D.D.D.	Decreto seu dono decurionum, uel dono decurio dedit.
D.D.	Dotis datio, uel dotis dictio
DES.	Designatus
D.E.R.I.C.	De ea re ita curatum, uel consultum est.

E

E.	Est.
EE.	Esse
ER.	Erunt, uel erit, uel ærarii.
EI.M. uel E⁹.M.	Eiusmodi
E⁹. uel E.	Eius
E.N.	Etiam nunc
EG.	Eger
EPI. uel EP.	Epistola
EP.M.	Epistolas misit
EQ.R.	Eques Romanus
EX.R.	Exactis regibus
EOR.	Eorum
E.F.	Eius fecit
E.F. uel FIL.	Eius filius

EDIL.CVR. *uel* ED. CVR.	*Aedilis curulis*

ADDITIO E.

E.	*Ennius, uel ædilis*
EQ.P.	*Equalis uel equestris persona, uel equus publicus*
ER COL.	*Aere collato*
EDIL.P.	*Aedilis plebis*
ER.P.	*Aere publico*
E.B.	*Eius bona*
E.D.	*Eius domus*
E.E.	*Eius ætas*
E.H.	*Eius hæres*
E.L.	*Edita lex.*
EMP.	*Empta*

ADDITIO E.

EQ.	*Equestris ordinis, uel equester ordo.*
EQ.AVR.	*Eques auratus*
EX DO. AV.	*Ex domo Augusti*
EXCVR.	*Excursor*
EQ.M.SP.POM.	*Equitum magister, Spurius Pompeius.*
AEDIL.CVR.	*Aediles curules*

EX.S.C.	Ex senatus consulto
EX.S.D.	Ex senatus decreto

F

F.uel FIL.	Filius
F.uel ꟻ	Filia
F.FA.	Filius familias
FS.	Fratres
FR.F.	Fratris filius
FOR.	Foris, uel foras
FOR.	Forum, uel forte, uel fortuna
FR.L.	Forum Liuium
FR.I.	Forum Iulium
F.F.F.	Fortior fortuna fato uel fortius fortuna fatum
F.M.	Fati munus
F.M.I.	Fati munus impleuit
F. C.	Fidei cõmissum
F.C.	Fiduciæ causa
F.C.	Fraude creditoris
FF.	Fecerunt uel fundauerunt uel fabricauerunt.
FF.	Fabrefactura
F.F.	Fabricari fecerunt
FF.	Fabrefactum

FR.	Fronte
FL.	Flauius
FLAM. *uel* FL.	Flaminius
FAC.	Facti
F.Ⅎ.	Pro. F. & dicitur digãma, & ponebatur pro V. ut SERⅎIVS, ꝑ Seruius, & ⅎVLGVS, ꝑ uulgus
F.V.C.	Fraudisue causa
FAB.	Fabius
F.H.	Filius hæres

ADDITIO F.

F.F. *uel* FIL.FA.	Filius familias
F.FL. *uel* FR.F.	Fratris filius
F.E.D.	Factum esse dicetur
FABR.	Fabritius
FAC.C.	Faciundum curauit
F.D.	Fides data, *uel* fide data
F.E.	Fides eius
F.F.E.	Fiat fides eius
F.I.	Fieri iussit
F.N.	Fides nostra
FR.S.	Forum Semproni anum
FOR.RED.	Fortunæ reduci
FEBR. *uel* FEB.	Februarius

F.F.F.	Ferro, flamma, fame, uel Flauius filius fecit
F.F.	Fidem fecit, ul' Flauius fecit
F.N.C.	Fidei nostræ commisit
FVNC.	Functus
FID.	Fides
FAC.	Faciundum uel factum
F.	Fecit
F.C.	Faciundum cœrauit, uel curauit
FAB. uel FABR.	Faber, uel fabrorum
FOR.	Fortunata, uel forma
F.M.	Fieri mandauit

G

G.	Gaudiũ, ul' Genius, ul' genus
GR.	Gratis
GR.	Gerit
GS. al' GG.	Gesserunt
G.R.	Genus regium
G.R.	Genus rerum
GL.	Gloria
GL.P.	Gloria parentum, uel patriæ, uel populi
GL.E.R.	Gloria exercitus Romani

G.S.	Genio sacro, uel sacrum
G.AVG.	Genio Augusti
GL.N.L.	Gloria nominis Latini
GER.	Germanicus
GL.R.	Gloria Romanorum
GL.P.R.	Gloria populi Romani

ADDITIO G.

G.	Gelius uel Gades uel Gaius
GERMANIC. uel GER. uel GERM.	Germanicus uel Germanus.
GN.	Gneus
GN.S.	Genio sacrũ uel Gnei sacro
GRAC.	Gracchus
GR.D.	Gratis dedit
G.L.	Gaius libertus, uel Gaia liberta
GL.C.	Gloria consulum
GL.VR.RO.	Gloria urbis Romæ.

H

H.	Honor, honos uel honestas
H.V.	Honestus uir
H.V.	Honesta uita
H.M. uel. W.	Honesta mulier

H.F.	Honesta fœmina
H.L.	Honesto loco
H.L.N.	Honesto loco natus
H.	Hæres, uel hæredes
H.	Hora
H.B. uel H̄	Hora bona
H.M. uel H̄	Hora mala
H.P. uel H̄	Hora pessima
H.S. uel H̄	Hora secunda, uel sacra
H.H. uel HO.H.	Homo honestus
H.P.	Hic posuit, uel possunt
H.S.	Hæc sit
H.I.	Hæreditario iure
H.F.	Hic fundat uel fundauit
H.M.H.S.	Hoc monumẽtum hæredes sequuntur
H.DD.	Hic dedicauit uel dedicauerũt
H.S.V.F.M.	Hoc sibi uiuẽs fieri mãdauit
H.L.H.N.S.I. uel C. loco H.	Hic locus hæredes non sequitur

ADDITIO H.

HR.	Hæres uel hæreditas
H.M.AD.H.N. TRAN.	Hoc monumentum ad hæredes non transit
H.VI.	Hora sexta, uel horis sex

HS.	Sextertium
HDR.	Hadrianus
H.B.F.	Homo bonæ fidei, uel homo bonus fecit
H.POSS.	Hæres possessor, uel hæreditatis possessor.
H.L.D.	Hunc locum donauit, uel dabit
H.M.P.	Hoc memoriæ posuit, uel hoc monumentum posuit
HOS.	Hostis uel hospes
H.R.	Honesta ratio
H.S.S.	Hic sepulti sunt
H.D.	Hoc uel hic donauit, uel dedit, uel dicauit
HS.	Sestertia
H.M.H.ex.T.nõ seq.	Hoc monumentum hæredes ex testamẽto nõ sequitur
HS.III.M.N.	Sestertia tria milia nummũ
H.ex.T.est.	Hæres ex testamento
H.Loc.Hær.non seq.	Hic locus hæredes non sequitur
H.	Hæres aut hæredes in multitudine, uel hic
H.B.M.F.C.	Hæres bene merenti faciundum curauit

H.M.EX.N.recip.	Hoc monumentum extorum non recipit
H.M.D.M.A.	Huic monumento dolus malus abesto
H.M.H.N.S.	Hoc monumentum hæredes non sequitur
HS.	Sestertium
H.S.	Hæredes sũt, uł hæredes socii

I

I.	In
.ł.	Inter
.łD.	Interdum
.łA.P.	Intra prouinciam
.ł.L.	Intra limitem
.ł.C.	Intra circulum
.ł.T.C.	Intra tempus constitutum
I.	In, uel Iulius, uel iustus
IMP.	Imperator
IMPP.	Imperatores
I.D.	In dimidio
I.S.D.	In seriis diis
I.D.	Iuris dicendi uel iuri dicũdo
I.P.	In possessione
I.L.S.	In loco sacro

I.L.R.	In loco religioso
I.L.D.	In loco diuino
I.E.	Iudex esto
I.L.P.	In loco publico
I.S.	Iudicium solui
I.S.	In senatu
I.S.C.	In senatus consulto
I.P.	Iustus possessor
I.F.	In foro
I.FO.C.	In foro cæsaris
I.FO.P.	In foro pacis uel Palladis
I.FO.TR.	In foro Traiani
I.FO.I.uel.IV.	In foro Iulij
I.FO.POMP.	In foro Pompeij
I.FO.LI.uel.L.	In foro Liuij, uel Lucij
I.R.	Iure rogauit, uel iure Rom.
I.FO.FLAM.	In foro Flaminij ul flaminis
~~IIIII~~.uel IIIIII.	Vel Sextum uir uel Sexiũ
I.FO.P.R.	In foro pro rostris
I.F.P.R.	In foro pro rostris
I.N.Q.	Iniustis nuptijs quæsitus
I.D.P.	Iuri dicundo præerit
I.D.C.	Iuris dicendi causa
I.C.E.V.	Iusta causa esse uel eius uidebitur
IIII.V.	Quartum uir

III.V.	Triumuir
I.FO.POP.	In foro Pompilij, al' Popilij.
I.O.M.S.	Ioui optimo maximo sacrũ
I.D.	Inferis dijs
IN.FR.P.VI.	In fronte pedes sex
IN.AG.P.X.	In agro pedum decem
IVNON.ET.PROSERP.	Iunoni & Proserpinæ
IN.F.IN.A.V.L.P.X.	In fronte in agro uersus, longe pedum decem

ADDITIO I.

I	Inter
IA.	Interea
I.C.	Iulius cæsar ul' intra circulũ
I.T.	Intra tempus
I.S.S.	Inferius scripta sunt
I.F.B.	In foro boario
I.F.FL.	In foro Flauij
IVD.	Iudicium
I.H.	Iustus homo, uel in hostem
I.L.	Iure legis, uel iusta lege
IAN.	Ianuarius
III.V.	Triumuiri
X.V.	Decemuiri
ID.	Idus

IVR.D.	*Iurisdictio*
I.P.	*Iusta persona*
I.V.	*Iustus uir*
I.O.M.IM.	*Ioui optimo max. immortali*
IN.FRO.P.VI.LAT. VII.	*In fronte pedes sex, latitudine vij.*
I.SN.R.	*In senatu Romano*
IM.	*Imperator*
IN.F.P.	*In fronte pedes*
IN.FR.P.	
IN.AG.P.	*In agro pedes*
I.	*Vnum uel Iunius uel Iulius*
IOVI.SABAZ.	*Ioui Sabazio*
II.	*Iterum & secundus*
IVN.	*Iunius.* IVL. *Iulius*
II.V. *uel.* II.VIRI.	*Duumuiri*
I.P.	*Ius pontificium*
I.D.	*Iudicatum solui*

K

K. *uel.* KL.	*Kalendæ*
K.Q.	*Kalendæ quintiles*
K.I. *uel* IAN.	*Kalendæ Ianuarii*
K.S.	*Kalendæ sextiles*
K.D.	*Capite diminutus*

K.C.	Capite census, uel censuum uel cesus
K.C.	Carthago ciuitas
K.P.	Cardo positus
K.T.	Capite tonsus
KAR.	Carthago
K.M.	Cardo maximus
K.F.	Cardo finalis
K.	Castra
K.P.	Castra ponit
K.DD.	Castra dedicamus
K. uel Ka.	Carißima
K.	Caput
K.K.	Calumniæ causa
K.	Cardo

ADDITIO K.

K.N.	Kalendæ nouembres
KAL.	Kalendæ
KAL. IAN.	Kalendis Ianuariis
K. D.	Kalendæ Decembris
K.DD.	Castra dedicata
KAR.	Carißimus

L

L.	Lucius uel Lolius
L.C.	Lucius Catius

L.M.uel M.	Lucius Murena
LC. S.	Lucrum sacrum
LC.D. uel DIV.	Lucrum diuinum
L. D.	Locum redditum
L.EM.	Locus emptus
L.P.	Locus propitius uel proprius
L.Q..S.	Locus quo supra
LA.C.	Latini Coloni
L.T.	Lucius Tatius uel Titius
L.S.	Laribus sacrum
L.P.C.R.	Latini prisci ciues Romani
L.D.DD.	Locum diis dedicauit
L.D.D.D.	Locus datus decreto decurionum.
L.D.A.B.M.	Locum dedit Aulus bene merenti
LG.D.	Legem dat uel dedit
L.AG.	Lex Agraria
L.IV.	Lex Iulia
L.VOC.	Lex Voconia
L.CIN.	Lex Cincia
LIB.	Libertas uel libertus
L. L.	Lucij liberti
LEG.X.	Legio decima
L.PVB.	Loco publico
L.PR.	Loco priuato

L.H.	Locum hunc
L.F.	Lucii filius
L.D.	Locum dedit
L. L.Q. F.	Luciũ Luccium Quinti filiũ
L.L.L.	Lucii liberti locus, pueritiã significat & quinquaginta

ADDITIO L.

L.V.G.P.	Lucius uetus Galliæ procurator.
LG.	Legauit uel legatum.
L.AP.	Ludi Apollinis, uel Apollinares
L.P. D.	Locus publice datus
LG. D.	Legio decima
L. S.	Liberto suo
LL.SS. uel L.SS.	Libertis suis
L.M.	Locus monumenti
L.P.	Lege punitus
L.Q.S.	Locus quæsitus senatui
L.F.	Lucius Flauius, uel Flaminius, uel Lucii filius.
L.AN.	Lucius Annius, uel quinquaginta annis
L.L.L.M.M.	Lacerat lacertũ Largii Mordax Memmius

L.A.D.	Locus alteri datus
L.B.M.D.	Locum benemerenti dedit, uel donauit
L.E.D.	Lex eius damnatus
L.R.	Lege rogatus ul'lex Roma (na
L.V.	Lex uetat uel quinquaginta quinq;
L.F.	Lucij filius
L.	Quinquaginta
LVD.	Ludus uel ludi
LVD.SEC.	Ludi seculares
LVD.SEC.FAC.C.	Ludos seculares faciundum, uel faciundos curauit.
LEG.X.	Legionis decimæ
LEG.III.	Legionis tertiæ
LAT.P.VIII.S.	Latum pedes octo & semis
L.Q.ET.LIB.	Libertisq; & libertabus
L.C.	Latini coloni
L.C.	Lucius Cornelius
L.D.	Legem dat uel locus diuinus
L.P.	Locus populi
L.S.	Locus uel lucus sacer
L.D.DD.	Locum dono dedit
L.PVB.	Lucius Publius
L.H.	Locus hæredum, uel locum hæredibus

M

M.	Marcus
MAX.	Maximus
MA.	Macuuius
MVN.	Municipia uel municeps
M.E.M.	Municeps eius municipij
MAG.EQ.	Magister equitum
M.	Monumentum
MV. uel M.	Mutius
M.F.	Marci filius
M.L.	Marci liberti, uel militis locus.
MNF.L.	Manifestus locus.
M.N.	Meo nomine
MV.F.	Mutij filius
W.	Mulier
MS.	Mensibus uel menses
M.POS. uel P.	Mensam posuit
MIL.	Miles
M.C.	Monumentum condidit uel consecrauit
M.MAN.	Marcus Manlius
M.N.	Milia nummûm
M.LEP.C.REG. INST.	Marcus Lepidus ciuitatem Regij instaurauit

M.R.	Militiæ Rauennatis
M.POP.	Marcus Popilius
M.AEM.	Marcus Aemylius
M.REG.	Militiæ Regiensium

ADDITIO M.

MAG.	Magister uel magistratus
MO.	Monumentum uel moneta
M.P.	Marcus Pacuuius
M.C.	Marcus Cicero, uel Cato, uel
C.	Calfurnius
MER.S.	Mercurio sacrum
M.H.	Magnus homo
M.I.	Maximo Ioui
M.R.	Miles Romanus
M.S.P.	Monumentum suum, uel memoriæ suæ posuit
M.B. uel MVL.B.	Mulier bona
M.AVR.	Marcus Aurelius
MM.	Milites
M.X.	Menses decem
M.N.	Meo nomine
MAXX.	Maximi in multitudine
M.N.	Milia nummûm
M.	Mille
Met.	Metius

MAN.	*Manius*
MIL.	*Miles*
MILIT.	*Miles, uel militauit*
M.	*Mille, uel miles, uel Mutius, uel Munius, uel moneta*
M.L.	*Mille quinquaginta*

N

N.	*Non uel Nonius*
N. *uel* N̄.	*Noſter uel nepos*
N.L.	*Nominis Latini*
N.K.C.	*Non calumniæ cauſa*
NON.	*Nonarium*
N̄.	*Numiſmatis uel nummus*
N̄.	*Noſtro uel Neptuno*
N.F.N.	*Nobili familia natus*
N.CL.	*Nero Claudius*
N.G. *uel* NOB.G.	*Nobilis genere*
N. MACR.	*Nonius Macrinus*
N *uel* N̄. *uel* NEP.	*Nepos uel neptis*
NEP.S. *uel* SAC.	*Neptuno ſacrum*

ADDITIO N.

N. *uel* NR.CL.	*Nero Claudius*
NN.PP.	*Noſtrorum principum*

NEG.	Negotiator
N.L.	Non licet
NOB.	Nobilis, NOBB. nobiles
N.F.C.	Nostrum, uel nostræ fidei cõmissum
NQ.	Nunq̃, uel nusquàm, uel nequam
al' Natus N.H.	Notus homo
NAT.	Natalis, uel natalitia, uel natalia
NAV.	Naues, uel nauta
NVP.	Nuptiæ
NATOR.	Natorum
N.FA.NA.	Nobili familia natus

ADDITIO N.

NEPTVN	Neptunus, uel Neptunalia
NR.	Nero
NAC.	Nactus
NEP.RED.	Neptuno reduci
N.L.	Non liquet
NON.	Nonis
NV.	Numa
N.	Numerus, uel nomen
NON.AP.	Nonis Aprilis
N.C.C. uel N.K.C.	Non calumniæ causa

O

O.*uel* OP.	Optimo
OP.	Oportet
O.P.	Optimo principi
OR.	Ornato
O.	Ordo
OB.CIV.SER.*uel* O.C.S.	Ob ciues seruatos.
O.V.F.	Omnibus uiris fecit
OB.M.E.	Ob merita eius
OB.M.P.7.C.	Ob merita pietatis & concordiæ
OB.	Obiter
O.	Opertum uel mortē subijt
D.M.	Dijs manibus
O.K.	
OR.M.*uel* M̄.	Ordo militum
ORB.PAR.	Orbati parentes
O.V.D.	Omni uirtuti dedito

ADDITIO O.

O.M.	Optimus maximus
O.P.F.	Optimo principi fecit, uel patrono uel patruo

OPP.	Oppidum
O.V.F.	Omnia uiuens fecit, uel optimo uiuenti fecit.
OP. MAX.	Optimus maximus.
O.P. uel OPT.PRIN.	Optimo principi
O.P.F.	Optimo principi fecit
OB.C.S.	Ob ciues seruatos
OP.	Opiter
O.V.F.	Optimo uiro fecit

P

P.	Publius
POP.	Populus
P.R.	Populus Romanus
P.I.R.	Populum iure rogauit
P.S.	Posuit sibi
PS.	Plebiscitum
PR.	Prætor
PRR.	Prætores
PP.C. uel P.C.	Patres conscripti
P.C.	Pactum conuentum
P.C.	Pecunia constituta
P.P.	Pater patriæ
P.P.P.	Primus pater patriæ
PR.S.	Prætoris sententia

P.R.E.

P.R.E.*uel* EX.	*Post reges exactos*
PROC.	*Proconsul*
PONT.MAX.	*Pontifex maximus*
PR.VR.	*Prætor urbanus*
P.H.C.	*Publicus honor curandus*
PAR.	*Parentum*
P.M̄.	*Principi militum*
P.	*Pupillus*
PV.	*Pupilla*
PR.PER.	*Prætor peregrinus*
PIENT.	*Pientißimus*
P.P.	*Pater patratus*
P.IV.*uel* I.	*Principi inuentutis*
PROCOS.	*Proconsul*
PROCOSS.*uel* PROCC.	*Proconsules*
PRAE·VIGIL.	*Præfectus uigilum*
PRAE.VRB.	*Præfectus urbis*
P.S.F.	*Publice sibi fecit*
P.F.	*Publij filius*
P.F.	*Pius felix*
P.L.	*Publii libertus*
PRI.KL.*uel* K.	*Pridie Kalendas*
P.M.	*Pontifex maximus*
PRAE.PRAES.	*Præfectus præsidii*
PATR.	*Patritius*

PLAEB. *uel* PLE.	Plebis
P.S.F.C.	Publicæ ſaluti faciundũ curauit, *ul* publico, *ul* pprio ſumptu faciundũ curauit
PLEBS.VRB.ET. HON.V.	Plebs urbana & honore uſi.
P.P.P.P.E.S.S.S.E. V.V.V.V.V.V.V. F.F.F.F.	Primus pater patriæ proſectus eſt, ſecũ ſalus ſublata eſt, Venit uictor ualidus uincẽs uires urbis ueſtræ, Ferro, fame, flãma, frigore
PACE.P.R.	Pace populo Romano

ADDITIO P.

P.IR.	Populus uel Publius irrogauit
PA.DIG. *uel* P.D.	Patritiatus dignitas.
POT.	Poteſtas.
PARTH.	Parthicus
P.D.	Publice dedit
PEC.	Peculium uel pecunia.
P. *uel* PRI.K.	Pridiæ Kalendas
P.Q.	Poſtq̃
PROV.	Prouincia
POM.	Pomponius
PRS.	Præſes
PRSS.	Præſides

PVB.	Publicus
PICEN.	Piceni
PRON.	Pronepos uel proneptis
PRAEF.	Præfectus
PERT.	Pertinax
PRS.P.	Præses prouinciæ
PRAEF.VR.	Præfectus urbis
PRINC.IVVENT.	Princeps iuuentutis (tus
P.AEL.AVG.LIB.	Publius Aelius Augusti liber
P.S.F.	Publicæ saluti, uel sibi fecit
P.	Posuit uel pes, uel passus uel Publius
POST.	Posthumius, uel Posthumus
PROPRAET.	Proprætor
PRID.NON.APR.	Pridie nonas Aprilis
PR.PR.	Proprætor
P.P.HISP.C.	Præses prouinciæ Hispaniæ citerioris
PAL.	Palmensi
P.F.	Publice fecit
P.SS.	Plebiscita

Q

Q.	Quintus uel Quintius
Q. uel QV.	Quartus

Q.M.	Quomodo
Q.A.M. uel A.M.	Quemadmodum
Q.S.S.S.	Quæ supra scripta sunt
Q.R.F.E.V.	Quod recte factũ esse uidebi (tur
Q.VAESS.	Quæstores
Q.L.	Quinti liberti
Q.VAES.	Quæstor
Q.N.A.N.N.	Quãdo neq; ais, neq; negas
Q.B.F.	Quære bonum factum
Q.E.R.E.	Quanti ea res erit
Q.F.	Quinti filius
Q.L.F.	Quinti Lucii filius
Q. uel Q.VINT.	Quintilius

ADDITIO Q.

Q.B.M.V.	Quæ bene mecum uixit
Q.E.R.E.IV.DA.	Quãti ea res erit iudiciũ da (bo
Q.VIR.	Quirites
Q.L.	Quinti libertus
Q.M.	Quintus Mutius
Q.B.F.	Quare bene factum

R

R.L.P.	Recte legi possit
R.F.E.D.	Recte factum esse dicetur

R.F.E.V.	Recte factũ esse uidebitur
R.P.	Respublica
RET.P.XX.	Retro pedum uiginti
RVR.	Rura
R.P.C.	Retro pedes centum
R.P.	Romani principes
R.C.	Roma ciuitas
R.R.	Rurum Romanorum
R.REG.	Rurum Regiensium
R.FERRARIN.	Rurum Ferrarinorum
R.D.	Regis domus
R.R.	Ruderibus recolligendis
R.R.R.F.F.F.	Regnum Romæ ruet, ferro fame flamma
R.P.C.	Reipublicæ constitutor
R.N.LON.P.X.	Retro nõ lõge pedes decem

ADDITIO R.

R uel RO.	Roma
RO. uel ROM.	Romani
REG.	Regio
REI.M.	Rei militaris
R.R.	Reiectis rudibus, aꝗ ruderibus
R.VE.	Res Veronensis
RG.F.	Regis filius
R.G.C.	Rei gerundæ causa

R.S.P.	Res ſua publica
RVR.	Rurſus

S

SP.	Spurius
SER.	Sergius, uel Seruius
S.C.	Senatus conſultum
SEX.	Sextus
S.D.	Sententiã dicit uel dedit
SYL.	Sylla, uel Syluius
S.N.L.	Socij nominis Latini
S.F.S.	Sine fraude ſua
S.T.A.	Sine tutoris autoritate
S.P.Q.R.	Senatus Populusq; Romanus.
S.N.S.Q.	Si negat ſacramẽto quærito
S.S.C.	Secundum ſuam cauſam
S.L.	Sacrorum ludorum, uel ſacrum ludum
S.S.	Sacri ſcrinij
S.P.	Sacri palatij
S. uel	Semisue cum dimidio
S.P.D.	Salutem plurimam dicit
† al' sãcto Syluano. S.S.S.	† Senio ſanctiſſimo ſacrum
S.C.F.E.	Senatus conſultũ factum eſt

SS.	Sanctissimus
S.	Sacrum, uel sacellum, uel Sulpitius, uel sanctus
S.S.	Somnium somniator
SIC.V.	Sicut uoluit

ADDITIO S.

SEX.P.	Sextus Pompeius
SARM.	Sarmatius
S. uel SN.	Senatus
SATVR.	Saturnus, uel saturnalia
ST.	Sitibus pro litibus, repertũ apud Ferẽtum in ciuitate Histomo
SEPT.	Septimus, uel Septimius
S. uel SEV.	Seuerus
SEV.AVG.ARM.	Seuerus Augustus Armenicus
PARTH.	Parthicus
S.	Sacrum
ST.	Statius
SER.	Sertor
SAC.SOL.DED.	Sacrum Soli dedicauit
PRI.NO.AP.IDIB.	pridie nonas Aprilis idibus
IANVA.	Ianuarijs
S.D.	Senatus decreto
SCRIB.AEDIL.	Scribæ ædilitio

S.S.*uel* SEN.SEN.	*Sententia senatus*
SS.	*Sestertius*

T

T.	*Titus*
TI.	*Tiberius*
T.A.	*Titus Anius*
T.A.	*Tutore autore, uel tutoris auoritate*
TR.PL.	*Tribunus plebis*
TVL.	*Tullius*
TR.M.	*Tribunus militum*
TR.AER.	*Tribunus ærarii*
TR.POT.*uel*.TRIB. POT.	*Tribunitiæ potestatis*
TR.CEL.	*Tribunus celerum*
TR.V.MON.	*Triumuiri monetales*
TR.V.CAP.	*Triumuiri capitales*
T.F.	*Titi filius*
T.F.I.	*Testamento fieri iussit*
T.S.F.I.	*Testamento sibi fieri iussit*
TIB.D.F.M.	*Tibi dulci filio meo*
T.V.*uel* TIT.V.	*Titulo usus*

ADDITIO T.

TR.PL.*uel* P.	*Tribunus plebis*

TP.B.*uel* T.B.	*Tempus bonum*
TM.D.*uel* DD.	*Terminum dicauit, uel dedi cauit*
T.C.	*Testamento cauetur*
TAR.	*Tarquinius*
TER.	*Terentius uel terminus*
T.L.	*Titus Liuius, uel Titi libertus*
TR.LEG.II.	*Tribunus legionis secundæ*
T.P.	*Terminum uel titulũ posuit*
TVT.	*Tutela*
T.S.F.I.	*Testamẽto suo fieri iussit*
T.	*Titus*
TI.	*Tiberius, uel Titus*
TRI.PL.	*Tribunus plebis*
TR.PL.	
TRI.MIL.	*Tribunus militum*
TR.MIL.	
TT.	*Titi duo, uel plures, uel testamento*
TIT.V.	*Titus Vespasianus*
TRANS.P.A.	*Trans Padum amnem*

V

V.F.S.ET.S.	*Viuẽs, uel uiuus fecit sibi & suis.*

V.R.	Vrbs Roma
VRBISAL.	Vrbisalia al' urbs Saluia
VAT.	Vates uel uatum
V.A.	Veterano assignatum
V.FR. uel F.	Vsusfructus
V.F.	Viuens uel uiuus fecit
V.B.A.	Viri boni arbitratu
V.P.R.	Veteri possessori reddi= tum
V.PRAE.	Vir prætorius
V.DICT	Vir dictatorius
V.VRB.	Vir urbanus
VI.VIR. uel VI.VIR.	Sextumuir
V.S.L.M.	Viuens sibi locum monu= menti
V.C.	Quintum consulis
V.S.L.M.	Viuens sibi legauit monu= mentum
V.P.	Viuens posuit
V.D.	Viuens donauit uel dedit
V.S.	Viuens statuit
V.F.	Vale feliciter, uel felix
VX. uel VX. uel VC.	Vxor
V.S.L.M.	Voto soluto, uel solenni libe ro munere
V.M.M.	Votum merito Mineruæ

ADDITIO V.

V.F.	Vsusfructus, uel uir fortis
VAL.	Valerius
V.B.F.	Vir bonæ fidei
V.E.	Verumetiam
V.I.	Vir iustus
VRB.C.	Vrbs condita
VIC.	Victor
VICC.	Victores
VIR.VE. uel V.V.	Virgo Vestalis
VIR.	Virgilius uel uirtus
VRB.	Vrbs, uel urbanus
V.N.	Quinto nonas
V.V.	Viua Venus
V. uel VIX.	Vixit
V.F.	Viuens fecit
V.C.	Vir clarus, uel consularis
V.S.L.M.P.	Viuus sibi locum monumenti posuit
V.Q.A.L.K.S.	Viginti quinq; asses legitime condemnati sunto
V.	Quinq;
V.V.MAX.	Virgo Vestalis maxima
V.A.XII.M.II.D.III. H.IIII.	Vixit annos xij. menses ij. dies iij. horas iiij.
VOL.	Volesus

VOP.	Vopiſcus
VO.	Volero
VI.S.	Sex & ſemis
VI.V.	Sextumuir
V.P.	Vir prudens, uir perfectus
V.S.	Vir ſacer

X

X.V.	Decemuir, uel uiri
X.	Decem
X.	Denarij
XV.VIR.S.F.	Quiudecimuir ſacris faciundis.
XXII.S.	Viginti duo & ſemis
IXI.	Significat mille uidere in marmore

ROMANO

RVM CIVIVM NOMINA

pronomina, ac cognomina, eorumq; magistratuũ, quæ in antiquis descripta codicibus reperiuntur p abbreuiationẽ literarũ sunt, ut infra patebit.

Per primum nomen, prænomen intelliges.
Per secundum, proprium nomen.
Per tertium uero agnomen. Idemq; est supra nomen interdum, ut in exemplo,

C. IVLIVS CAESAR.

CN. POMPEIVS MAGNVS.

L. STATIVS DIODORVS.

L. POMPEIVS CORNELIANVS.

Et sic debent poni omnia in eo casu, & proferri, in quo positæ sunt dictiones, ad quas referuntur.

Marcus Imperator Cæsar Augustus.

M. CICERO IM. CAES. AVG.

M. CICERONI IMPERATORI.

HIRCIVS ET		Imperatores
PANSA		IMPP.
SYLVANVS ET	Consules	Designati.
MVRENA.	COSS.	DESIG.

ALIAE LITERAE EX VALERIO Probo excerptæ.

Et his similia. Secundum hæc curiarum nomina, tribuum, comitiorum, sacerdotiorum, potestatuum, magistratuum, præfecturarum, sacrorum ludorum, rerum urbanarum, rerum militariũ, collegiorũ, decuriarum, fastorum, numerorum, mensurarum, iuris ciuilis, & similium cæterorum, notationes proprias habent.

LITERAE SINGVLARES IN IVRE ciuili, de legibus, & plebiscitis.

P.	I.	R.	P.Q.	I.
Populum	Iure	Rogauit,	Populusq;	Iure

S. I. F. P. R. E. A. D. P.
Suscepit In Foro Pro Rostris Et Ante Diem Pridie. al' sciuit.
E. H. O. L. N. R.
Eius Hac Omnibus Lege Nihilum Rogatur.
S. R. L. E. E. C. Q. N. R. E.
Si Rem Lex Ex Eius Causá Que Oim Rerũ Esto
S. N. L.
Socii Nominis Latini.
L. P. C. R.
Latini Prisci Ciues Romani.
M. E. M. D. D. E.
Municipibus Eius Municipii Dare Damnâs Esto.
C. E. C.
Coloni Eius Coloniæ.
Q. E. R. F. E. D.
Quod Eius Recte Factum Esse Dicetur
L. I. D. A. C.
Lex Iulia De Adulteriis Coërcendis
V. D. P. R. L. †F. † al' P. possit.
Vnde De Plano Recte Legi Fecit.
A. A. A. F. F.
Aere Argento Auro Flando Ferundo
I. N. Q. Q. (quæsitos quæsitus.
Iniustis nuptiis quæsita quæsitus. Alii, Iustus nuncius

S. Q. S. S. E. Q. I. N
Si Quid Sacri Sancti Est, Quod Iure Non
S. R. E. H. L. N. R.
Sit Rogatum, Eius Hac Lege Nihil Rogatur
V.P.R. Veteri possessori redditum
V.A. Veterano assignatum
V.F. Vsusfructus
S.P.R.R. Senatus populusq; Romanus.
S. C. P.S.
Senatus Consultum Plebiscitum
Q. D. E. R. F. P. D. E.
Quod De Ea Re Fieri Placeret, De Ea
R. V. I. C.
Re Vniuersi Ita Censuerunt.
Q. F. E. I. S. F.
Quod Factum Est In Senatu Ferunt.
D.C.S. De consulum sententia.
S. Q. M. D. E. R. A. P.
Si Quid Me De Ea Re Ad Populũ,
P. V. L. O. E. COSS. PR.
Plebém Ve Latu Opus Est, Consules, Prætores,
TR. PL. Q. N. S. Q. E.
ad eis. Tribuni Plebis, Qui Nunc Sunt, Quod Eius
V.A.

V. A. P. P. V. F.

Videbitur Ad Populum Plebem ue Ferant Vel Quod Si Non Tulerint Eos Prætores, Tribuni Plebis, Qui Deinceps Erunt, Quod Eis Videbitur, Ad Populum Plebémue Ferant.

S.F.S. Sine fraude sua.

INACTIONIBVS HAEC.

A. T. M. D. O.
Aio Te Mihi Dare Oportere.

Q. N. T. S. Q. P.
Quãdo Negas, Te Sacramẽto Quinquagenario Prouo(co.

Q. N. A. N. N.
Quando Neque Ais Neque Negas.

E. I. M. C. V.
Ex Iure Manu Consertum Vocauit.

S. N. S. Q.
Si Negat Sacramento Quærito.

S. S. C. S. D.
Secundum Suam Causam, Sicuti Dixi,

E. T. V.
Ecce Tibi Vindicta.
Q. I. I. T. C.
Quando In Iure Te Conspicio,
P. A. F. A.
Postulo Anne Fias Autor.
T. I. A. V.
al' tẽpore Teneor Iudicem Arbitrúm Ve
P. V. D.
Postulo Vti DES.
I. D. T. S. P.
In Diem Tertium Siue Perendium
A. L. AE.
Arbitrium Liti Aestimandæ
Q. B. F.
Quare Bonum Factum

IN EDI

CTIS PERPETVIS.

I. D. P. E.
Iuri Dicundo Præ Erit

I. D. C.
Iuris Dicundi Causa

Q. R. F. E. V.
Quod Recte Factum Esse Videbitur

V. B. A.
Viri Boni Arbitratu

D. M. F. V. C.
Doli Mali Fraudis Ve Causa

I. D. I.D.
Iudicium Dabo. Iurisdictio.

Q. S. S. S.
Quæ Supra Scripta Sunt

Q. E. R. E. T. P. I.
Quanti Ea Res Erit, Tantæ Pecuniæ Iudiciũ

R. D. T. Q. P.
Recuperatorium Dabo, Testibús Que Publice

DT. D. D. P. F.
Duntaxat Decem Denunciandi Potestatẽ Faciã.

N.K.C. Non calumnie causa.

C.C. Consilium cepit, uel causa cognita

F.C. Fraude creditoris, uel fiduciæ causa, uel fideicõmissum.

C.E.D. Conuictum esse dicetur.

P.C.	Pactum cõuentum, uel pecunia constituta
H.S.	Hoc sic, uel hic sit, uel hora secunda
C.V.	Centum uirum, uel clarißimi uiri
S.T.A.	Sine tutoris autoritate
Q.A.M.	Quemadmodum.
Q.M.	Quomodo, uel quo magis
P.P.L.I.	Pro prædictæ litis iudicijs
I.S.	Iudicatun solui
M.F.P.	Male fidei possessor

Et similia, prout inueniuntur.

DE PON

DERIBVS.

Semis alicuius rei notatur	S. uel SS.
As nummus est liberalis notatur per	Ł uel L.
Dispõdius nũmus est bilibris, notatur per	~~LL~~. uel LL.
Sextertius nũmus est duarũ semis librarũ	~~LLS~~. uel HS
Denarius decem librarũ nummus	⊛ * X

DE NVMERIS.

QVoniam mentio cœpit de numeris, ideo breuiter ostendamus, qua figura quis numerus repræsen

tetur. Nam si omnis numerus simplicissime per figuram unitatis repræsentaretur, necesse esset ut denarius per decem unitates repræsentaretur, nouenarius per nouem, & sic de alijs. Sed quia hoc pareret fastidium, institutum est, ut omnis numerus usq; ad quinarium per figurã unitatis representetur per unum I. Binarius per duo II. Quinarius per V. Denarius per X. Et si litera præponatur X literæ, ut sic IX. habebis nouem, si postponatur, habebis undecim XI. L. quinquaginta. C. centũ D. significat quingenta. M. mille. Et nota quod quælibet figura, si imponatur ei linea ex transuerso directa, tot signabit millenarios, quot per se significat unitates, ut mille unitates.

$\overline{\text{I}}$.	Mille significat
$\overline{\text{V}}$.	Quinque milia
$\overline{\text{X}}$.	Decem milia
I.	Vnum notat
V.	Quinque
X.	Decem
L.	Quinquaginta
C.	Centum
ↃↃ. uel CC.	Ducenta
D.	Quingenta
M. uel ↀ	Mille
I.ↃↃ.	Quinq; milia

C.C.I.Ↄ.Ↄ.	Decem milia, uel $\overline{X}$. uel CCI.ↃↃ uel ↃMC. uel IMI.
DMIↃↃↃ.	Quinquaginta milia. uel $\overline{D}$.
CCCIↃↃↃ.	Centũ milia. uel ⱦ. uel $\overline{C}$. uel $\overline{CM}$.
CMↃ.	Mille milia. uel C q Ↄ.

F I N I S.

Errata quæ alicuius momenti uidebantur, hic subiunximus.

Folio 2. pro uacabat lege uagabatur. Ibidem pro sensit amorem. Dum. &c. lege sensim amota, dũ.

Fo. 3. eum quem nos lupũ. lege eum enim quem. Ibidem q̃ opulentißime, lege quam.

Fo. 5. regias affinitates. lege regiæq; affinitatis. Ibidem præcoluisse. Alij legunt percalluiße. Ibidem ad inaugurandum. adde ascendens.

Fo. 6. deferunt. lege deferretur.

Fo. 7. arborem silicem. quidam legunt silicã, aliq felicẽ. Ibi. l. festalis est, sine apice sub dio esse, &c. & paulo post lege, nisi in locis tectis exuisse, ne sub cælo &c.

Fo. 8. lege, sæpe rescriptũ est. Ibi. per sanctũ. l. ꝑ senatũ.

Fo. 9. Nam exhibiturũ, adde, se id pollicebatur. Ibidem, hominum partem, lege honorum.

Fo. 12. ueniet casta, adde est. Ibi. uectãtur. le, uectaretur

Fo. 63. lege, circa perscribendas.

BASILEAE APVD VALEN
TINVM CVRIONEM
AN. M. D. XXIII.
MENSE MAIO.

VALENTINVS CVRIO

DE MAGISTRATIBVS ADEOQVE REIPVBLICAE ROmanæ ſtatu commentarij.

LAVSANNAE.

Excudebat Franciſcus le Preux Illuſtr. D. Bernenſium Typographus.

cIↃ IↃ LXXVIII.

PIETATE, ERVDITIONE, ATQVE OMNI virtutum genere, clariſſ. viro D. Nicolao de Graffenried, illuſtriſſ. Reipubl. Bernenſis Quæſtori ærario, Domino ſuo colendiſſimo. S.

CVM mecũ reputarem, vir præſtantißime, quid ex tot, & tantis rebus, quæ ad humanæ vitæ ſocietatẽ tuendã, faciunt primas obtinet: Equidẽ Religionis Chriſtianæ thesaurũ non immeritò ſibi eas vendicare putaui. Nam ex eo tanquam ex uberrimo & limpidißimo fonte non tantùm ea, quæ pertinent ad vitam illam cœleſtem, ad quam nos imprimis contendere decet: ſed etiam ea

quæ ad politicæ huius vitæ statum spectant, abundè hauriuntur: Verùm leges, & instituta eorum, quibus etiam clarissimum hoc Euangelij lumẽ non illuxit, quique adeò vera Dei cognitione planè fuerunt destituti, maximũ etiam ad politicas administrationes momentum habere semper existimaui. Etsi enim cogimur fateri sine Dei cognitione omnia hominibus in peius ruere, ac (vt poetæ verbis vtar) retro sublapsa referri: tamen illud quoque fatendũ nobis est, Deum (cui imprimis humanarum rerũ administratio curæ est, cuiq; nihil, quod quidem in terris fiat, acceptius est, quàm cõsilia coetúsque hominum iure sociati) etiam citra clariorem sui cognitionem, in crassissimis alioqui tenebris densissimaq; caligine illis omnibus illuxisse qui aliquid operæ in humanæ

vitæ

vitæ societatem contulerunt. Argumento nobis esse possunt veterum tum Lacedæmoniorum, tum Atheniensium leges: imprimis verò Romanorum ipsorum tum in legibus condendis, tum in magistratibus creandis solertia: quæ si hodie inter nos locum haberet, fortasse non infœliciter nobis cederet, præsertim cùm legē diuinam διορθωτὴν illorum omnium habeamus. Eius generis est hic libellus de Magistratibus & statu Reipublicæ Romanæ, non ille quidem qui à Pomponio Læto, aut à Fenestella conscriptus est, sed qui tam ea quæ ab istis dicuntur quàm pleraq; alia cognitione dignissima ex præstantissimorum veterum, & recentiorum scriptis eruta complectatur. Cùm autem iampridē statuissem grati animi mei erga te significationem aliquam exhibere, ni-

hilque tamen eiusmodi quod tua præstantia esset dignum sese obtulisset: malui hoc qualicunque munere apud te (qui alioqui polyhistor es) testari memorem me esse tuæ illius beneficentiæ & liberalitatis, in promouenda & ornanda nostra Typographia, quàm eam amplius vel dißimulare, vel silentio præterire. Quare, ornatißime vir, hoc quidquid est meæ erga te obseruantiæ argumentum esse patere. Lausannæ ex Typographia vestra 15. Febr. 1578.

Tui obseruantißimus Ioannes le Preux.

DE POPVLO Romano.

CAP. I.

ROMANA Reſpublica, variis temporibus, vario modo gubernari cœpit. Primùm enim per Reges. Deinde Regibus exactis, per annuos Cõſs. Per decẽ viros cum poteſtate Cõſulari creatos. Rurſus per Conſules. Deinde per Tribunos militũ. Poſt etiam per repetitos Conſules. Et poſtremò per Dictatores perpetuos, ceu Imperatores.

Variè gubernata Reſp.

Liuius & Dionyſius Halicarnaſſeus affirmant ſub Regibus ducentos quadraginta annos ſtetiſſe. Sub Conſulibus, ante Decem virorum poteſtatem, quinquaginta ſeptem. Sub Decem viris, tres: quibus reie-

ctis, iterum sub Cos. annos quinque. Postea Tribuni militum præfuerunt, pari cum Cos. potestate: cuius imperij totum tempus fuit annorum septuaginta octo: sic tamen, vt quibusdam annis, Tribuni vnà cum Cos. quibusdam soli, sine Consulibus: & quibusdam soli Cõsules, sine Tribunis imperarẽt. Affecta deinde fastidio huius gubernationis. Resp. rediit ad Cos. qui soli præfuerunt vsque ad C. Cæsaris tẽpora, qui dictaturam perpetuam inuasit: & cui Octauius Augustus, & reliqui Imperatores successere.

Tres ordines Po. Ro.

Totus populus tribus ordinibus constabat. Primus ac supremus fuit Senatorius. Alter Equestris. Tertius Plebeius. Duo genera Magistratuũ habuit. Vnum pertinebat ad Religionem: alterum ad rei ciuilis gubernа-

Duo genera Magistratuum.

bernationem. In vtroque genere alij, aliis maiores, minoréſve fuere: de quibus ſuo loco & ordine poſthac diſſeretur.

Diuiſus eſt primùm populus ab Romulo primo ſuo Rege, in trigīta partes quas curias appellauit, quòd (vt teſtatur Pomponius Iuriſconſultus) earum ſententia totius Reipub. cura expediretur. In ſua enim quiſque curia, vt Feſtus ait, ſacra publica curabat, feriáſque obſeruabat. Curiarum Præfecti, Curiones: & curionum, Decuriones ſunt appellati: & Curio maximus, cuius authoritate, curiæ, omnéſque Curiones regebā tur. Tamen ex ſententia Feſti, Aſconij & Plutarchi, primùm diuiſus eſt pop. in tres partes: quas tribus, & earum Principes, Tribunos dixere, vel à numero, vel (vt ait Liuius) à

Diuiſio popu. in Curias.

Curiæ vnde dictæ.

Alia diuiſio po. in tres tribus.

tributo, quod in iis ratio census æqualiter tribuendi & conferendi, inuita esset. Prima fuit Tatiẽsium, à Tito Tatio Sabinorum rege, post fœdera. Altera Rannensiũ, ab Romulo. Tertia Lucerum, à Lucumone Tuscorũ principe: & hæ quidem tribus in denas curias distributæ. Liuius tamen ab his dissentit, non enim diuisit populũ in has tres partes: sed demum equites, quorũ tres centurias fuisse, Tatienses, Rannenses & Luces & Luceres, scribit, Lucerumque nomen vnde ortũ sit ignorat. His triginta curiis, aucto postea populo, additæ sunt quinque.

Tribus vnde dictæ.

Liuii opinio de Tribuũ diuisione.

35. Curiæ.

Seruius Tullius, sextus Romanorum rex, aliam populi diuidendi rationem tenuit. Nam (vt ait Liuius) censum instituit, rem saluberrimã, tãto futuram imperio, ex quo, belli pacísque

Diuisio popu. in Classes & Centurias.

pacisque munia non viritim vt ante, sed pro habitu pecuniarũ fierẽt. Tum ergo Classes Cẽturiásque & hunc ordinem ex censu descripsit, vel paci decorum, vel bello. Censum autẽ intelligimus non annuũ esse prouentum, vt ignari quidam putant, sed æstimationem rerum, ac bonorũ alicuius, secundũ quam tributa soluebantur.

Census quid.

Quinque igitur classes in populo Romano fuerunt, ex censu descriptæ: quarum in singulis censum Liuius ex æris ratione: Dionysius ex drachmis, ac minis supputat: sed tamen nihil inter se discrepant, quemadmodum ex Budæo optimo, & doctissimo earum rerum interprete cõstat: qui ad coronatos Gallicanos numerum æris, drachmarum, & minarũ retulit: vt minæ singulæ,

A Eris Drachmarum & minarum ad coronatos relatio ex Budæo.

decem coronatis: ſinguli coronati, decem drachmis valere exiſtimantur. Porrò cùm drachmæ eiuſdem põderis cum denariis, decẽ aſſibus, ſicut denarij ſinguli, æquipolleant: fit vt drachmę quoque decem aſſiũ æſtimatione cẽſeãtur, & ita diuiſio prædicta denaria, hoc modo ſit conſtituenda, nẽpe vt minæ, denos coronatos: coronati, denas drachmas: drachmæ, denos aſſes contineant.

Primæ claſſis cenſus Cẽturiæ Arma Tela.

De populi diuiſione in Claſſes, ſic Liu. lib. 1. Ex his (inquit) qui centum millium æris, aut maiorem cẽſum habeant, octoginta cõfecit centurias (loquitur autẽ de Seruio Rege) quadragenas Seniorũ, & Iunio rum. Prima claſſis omnes appellati: ſeniores ad vrbis cuſtodiam vt præſtò eſſent: iuuenes vt foris bella gererent. Arma his imperata, galea, clypeum,

clypeũ, ocreæ, lorica: omnia ex ære hæc, vt tegumenta corporis essent. Tela in hostẽ, hasta & gladius. Additæ sunt classi duæ fabrorum centuriæ: quæ sine armis stipendia facerent. Datum munus vt machinas in bello ferrent.

Secunda classis, intra centum, vsque ad quinque & septuaginta millium cẽsum instituta. Ex his senioribus, iunioribúsque viginti cõscriptæ centuriæ. Arma imperata, scutum pro clypeo, & præter loricam, omnia eadem. *Secũda classis census, &c.*

Tertiæ classis, millium quinquaginta censum esse voluit: totidem centuriæ eodémque discrimine ætatis factæ: nec de armis quicquam mutatum: ocreæ tantùm ademptæ. *Tertia classis census, &c.*

In quarta classe, census, quinque & viginti millium: totidem centu- *Quarta classis census, &c.*

riæ fact r. Arma mutata: nihil præter haſtam, & verutum datum.

Quinta claſſis cenſus &c.

Quinta claſſis aucta. Centuriæ triginta factæ: fundas lapidéſque miſſiles, ſecum hi gerebant. In his Accenſi (id eſt milites, vt Vegetius explicat, ad obſequia deputati) & Cornicines, Tubicinéſque, in tres centurias diſtributi: vndecim millibus. Hæc claſſis cenſebatur: inde vna centuria facta eſt immunis militia. Ita pedeſtri exercitu ornato & diſtributo. Equitũ ex primoribus ciuitatis duodecim ſcripſit centurias: ſex item alias cẽturias tribus ab Romulo inſtitutis ſub iiſdem quibus inauguratæ fuerãt nominibus fecit. Ad equos emendos dena millia æris ex publico data, id eſt centum coronati. Viduę etiã attributę, quæ bina millia æris ad alendos equos,

Accẽſi qui.

Cenſus viduarum.

quos, penderent.

Hęc populi in classes distributio sic facta est, vt à pauperibus indites (inquit Liuius) inclinata onera subesset, & diuitibus honos adderetur. Non enim, vt ab Romulo traditum, cæteri Reges seruauerāt: viritim suffragium eadem vi, eodémque iure, omnibus datum est: sed gradus facti: vt neque exclusus quisquam suffragio videretur, & tamen vis omnis penes primos ciuitatis esset. Equites enim vocabātur primi, octoginta inde primæ classis centuriæ primum peditum vocabantur. Ibi si variaret, quod rarò incidebat, vt secundæ classis vocarentur, nec ferè vnquam infra ita descenderēt vt ad infimos peruenirēt.

Cur in Classes & Centurias diuisus populus

In sequenti tabula Classium Censum, & munia videto.

Hæ ſunt claſſes in q̃uas populus diſtributus comitiis centuriatis ſuffragia ferebat. Et quoniã in mẽtionem ſuffragij incidimus non erit abſonum hoc loco de variis ſuffragiorum rationibus tractare.

Comitiorum varia genera.

Curiata.

Eſt ergo animaduertẽdum duo genera fuiſſe comitiorum: Curiata & Centuriata: quorum Curiata fuerunt antiquiora. His Romulus vſus eſt qui voluit Reip. curam per ſententias curiarũ expediri: vt Pomponius teſtatur. L. 2. ff. de ori. Eu. Ea dicebantur cùm populus per curias diuiſus, viritim ſuffragia ferebat. Centuriata verò, cùm populus cenſu, ordinibus, ætatibúſque deſcriptus, adhibebatur in ſuffragium, ac centuriatim, id eſt per ſingulas centurias, calculus vnus pro ſuffragio habebatur. Hæc duo genera Comitiorum,

tiorum, si pro collegio pontificum haberentur, aut Regis sacrorum, aut flaminum inaugurandorum causa, Calata Comitia appellabantur. Ea curiata erant, cùm populus curiatim calabatur, id est conuocabatur per lictorem. Centuriata verò, cùm centuriatim per Cornicinem. Comitiis etiam calatis sacrorum detestatio, & testamenta fieri solebant: vt constat ex Labeone Iurisconsulto apud Gellium lib. 15. cap. 27. Sunt etiam Comitia, quæ Tributa vocantur, & hæc à nonnullis confunduntur cum Curiatis, præsertim à Blondo lib. Romæ triumphantis, 3. propterea quòd in huiusmodi comitiis populus suffragia viritim ferebat, sicut in Curiatis illis quorum vsus fuit ante tempora Seruij Tullij, qui in minoribus Magistratibus

Comitia Calata.

Comitia Tributa.

creādis, comitia curiata retinuit. Maiores autem Centuriatis eligi constituit. Id firmum fuit in Rep. vsque ad P. Volerum Tribu. pleb. qui T. Quintio & App. Clodio, Coss. anno ab exactis Regibus 39. legem tulit vt Plebeij Magistratus tributis comitiis fierent: in quibus nec auspicia seruabantur, nec authoritas patrum requirebatur, sed plebs per 35. tribus distributa, nullo, nec sacro, nec religioso, nec ciuili vinculo astricta, suffragia ferebat. occasio legis huius inuestiendæ, fuit, quod comitia tam Curiata quàm Centuriata, nimium patribus obnoxia viderentur. De huiusmodi Comitiis tributis meminit Gel. lib. 17. Tribuni (inquit) neque aduocāt Patricios, neque ad eos referre de vlla re possunt. ea etiam tum in vrbe, tum in

campo

campo haberi, atque vno die perfici solebant: cum Centuriata sæpe, neque vno die perfici possent, neque in vrbe, sed in Campo Martio haberi.

Ab his generibus Comitiorum dictæ sunt leges Centuriatæ & Curiatæ, id est comitiis curiatis & centuriatis constitutæ. Erántque centuriatæ maioris authoritatis quasi plenis iustísque comitiis perlatæ. Dicuntur enim hæc Comitia magna à Cicerone lib. 3. de Legibus, & Iusta comitia in oratione post reditum in Senatũ. Propterea gloriabatur se lege Centuriata reuocatum ab exilio.

Leges Curiatæ

Leges Centuriatæ.

Magna comitia

Iusta comitia.

Quoniam dictum est Comitiis curiatis minores Magistratus creari. Videndum est qui sint Magistratus huiusmodi: Gel. lib. 13 cap. 14. Maio-

res magiſtratus eſſe ſcribit Conſules Prætores & Cenſores, eò quòd auſpiciis maioribus fierent: reliquos verò minores: vt Quæſtores, AEdiles, Maiora etiam auſpicia dici: quia horum magiſtratuum auſpicia magis rata ſunt quàm aliorum.

Cēturiata comitia non ſemper eadem.

In Centuriatis ac maioribus Comitiis illud etiam eſt animaduertendum non eandem rationem ac formam ſemper fuiſſe qualem Seruius Tullius rex ab initio conſtituit. Is enim vt potentiorum ac primorum honores amplificaret in eorū poteſtate comitia poſuit & cùm omnino eſſent 193. cēturiæ authore Dionyſio & prima Claſſis (cuius primæ partes in ſuffragiis erant) 98. centurias haberet. Secunda claſſis 20. fiebat vt harum duarum claſſium ſuffragia ſi conſentirēt vt ferè contingebat

tingebat reliquas superaret neque vnquam suffragia ad minimam plebem peruenirent. Cæterum vt ordinũ concordia seruaretur aliquantò post huiusmodi comitia sic haberi consueuere. Primum omnium ex omni numero Centuriarũ: quædam sortito cõstituebatur, Cẽturia prerogatiua: quæ prima in suffragiũ mitteretur. Deinde primæ classis Centũriæ vocabantur. Post secundę. Prima igitur Classis prima rogabatur. Sed Prærogatiuæ Centuriæ sortito ducebantur: id quod intelligi potest ex Liuio lib. 9. his verbis, Nemini dubium quin Q. Fabius omnium cõsensu destinaretur eúmque & Prærogatiuæ & primo vocatæ omnes centuriæ Cõsulem cum L. Volcatio dicebant. Propterea Asconius in Verriná Secundá Cicero-

Cẽturiæ prærogatiuæ.

Prærogatiuæ tribus.

nis ait Prærogatiuas tribus esse quę primæ suffragia ferrent ante iure vocatas. Mos enim fuerat (inquit) quo faciliùs in comitiis concordia seruaretur bina comitia de iisdem candidatis fieri quorum Tribus primæ prærogatiuæ dicebantur. Secundæ iure vocatæ quo in loco Tribus pro Centuriis Asconius vsurpauit. Atque hactenus de comitiis.

Proletarii qui.

Qui minoris census erant quàm in classibus descriptũ fuerat: hi Proletarij & capite censi dicti sunt, de quibus Gellius lib. 16. cap. 10. Qui in plebe Romana (inquit) aeris tenuissimi pauperrimique erant neque amplius quàm mille quingentum æris in censum deferebant Proletarij appellati sunt: qui verò nullo vel perquam paruo ære censebantur, vocabantur Capite censi. Extremus au-

Capite cẽsi qui.

tem

tem cẽsus capite censorum fuit 375. æris. Id genus autẽ homines, id est Protelarij & capite censi nunquam milites scribebãtur nisi in tumultu aliquo maximo quòd familia his aut tenuis, aut nulla esset. Nam res & pecunia videbantur esse apud Remp. vice familiaris obsidis ac pignoris cuiusdam: atque in ea fides quædam amoris erga patriam & firmamentum erat. Proletariorum tamen ordo honestior aliquanto & re & nomine quàm capite censorũ fuit. Nam asperis Reip. temporibus cùm iuuentutis inopia esset, in militiã tumultuariam legebantur, armáque his sumptu publico præbebantur. Hi non à capitis censione, sed à numero officióque prolis ædendę appellati sunt: quòd quum Remp. minus iuuare possent re fa-

Proletarii vnde dicti.

miliari sobolis tamen gignẽdæ copia ciuitati adessent. Cæterùm capite censos, primus Caius Marius bello Cimbrico difficillimis reip. tẽporibus, vel vt placet Sallustio, bel. Iugurt. scripsisse milites traditur: cùm id ante factũ nulla extet memoria.

Ciues Romani qui.

Nunc videndũ qui Ciues Romani dici possint & quæ sint ciuiũ Romanorũ iura. Ciuis Romani nomẽ sic latè patet vt in eo municipum ac coloniarum conditionẽ positam intelligamus. Ciues enim Romanos appellamus eos qui iura eadem, honoresque ac immunitates cũ Romanis habẽt licet alio atque alio modo id contingat. Propterea priùs declarare cõmodũ fuerit quæ sint Romanorũ ciuium iura quàm de coloniis ac municipibus aliquid dicatur.

Quæ sint iura Ciuium.

Sunt ergo ciuium Romanorũ iura hu-

ra huiusmodi. Magistratus cum cęteris ciuibus creare. Leges ferre. Iudicia facere. In censũ deferri. Romę si libitũ sit habitare. Hæreditates & legata capere. Iure gentilitatis, agnationis, adoptionis, togæ ferẽdæ, vti. In legionibus Romanis militare. Denique quicquid in gratiam & fauorem pop. Ro. factum sit eo posse frui veluti beneficio legis Valeriæ, legis Porciæ, legis Sempronię, legis Iuliæ, & similium. Lex enim Valeria vetabat ne quis qui prouocasset virgis cæderetur, aut securi percuteretur. Lex Portia pœnã indixit, si quis verberasset, necassétve ciuem Romanum. Cic. pro Rabir. Lex (inquit) Portia virgas ab omniũ ciuiũ Rom. corpore amouit. Portia lex libertatẽ Ciuiũ lictori eripuit. Lex Sẽpronia ne de capite ciuium Rom.

Leges in fauorem ciuiũ Romanorũ constitutæ.

Lex Valeria.

Lex Portia.

Lex Sẽprouia.

iniussu populi iudicaretur: qui iudicasset vt in eum populi animaduersio esset. His autem legibus, exiliũ, damnatis permissum est: vt Cicero testatur pro A. Cecinna. Exilium (inquit) non supplicium est, sed per fugiũ & portus supplicij. Nam qui volunt pœnam aliquam subterfugere, aut calamitatem, eò solum vertunt, hoc est sedem, ac locum mutant. His addita est posteà lex Iulia quæ iubebat eum qui cum imperium, potestatémve haberet, ciuem Romanũ aduersus prouocationem necauerit, verberauerit, iusserítve quid fieri, aut quid in collum iniecerit vt torqueatur, eum legis Iuliæ de vi, pœna teneri. Lata est à Iulio Cæsare hæc lex, quæ relata est in librum ff. sub tit. ad legem Iuliam, de vi publica. Quicũque ergo vel nati

Lex Iulia.

Ciues

Ciues erant, vel ius ciuitatis nacti quoquo modo fuissent, hi talibus honoribus, beneficiis, ac iure potiebantur.

Est & aliud ius quod appellatur ius Latij: differtque à iure Ciuitatis, & orginem habet ex fœdere, ceu ex societate quam cum Priscis Latinis, Romani pepigere. Pacē enim cum victis fecerunt iis conditionibus: vt posthac Latini suis legibus & suo iure viuerent: milites in bello darent: hostésque cōmunes cum Romanis haberēt: in bellis & expeditionibus tertiam prædæ partem acciperent: ipsique socij & amici pop. Rom. dicerentur. Fuit autem conditio Latinorum hoc deterior, quòd omnes illorum res pace bellóque ex nutu atque arbitrio Romanorum pendebant. Nam licet essent liberi nihil

Ius Latii.

tamen publicè decernebant ſine aſ-
ſenſu pop. Ro. & militibus Latinis
quoties in expeditionem ibāt, præ
fectus non ex Latinis ſed ex Roma
nis dabatur. & cum ſuo ſanguine ac
marte regna prouinciáſque acqui-
rerent nihil tamen præter tertiam
prædæ partē conſequebantur. Co-
nati ſunt ſæpe partim precibus par-
tim minis conditionē ſuam melio-
rē reddere: poſtulantes ius ciuitatis,
& vt alter Conſulū ex Latinis crea-
retur, ſed id tentatū eſt fruſtrà. con-
ceſſum tamen vt qui ex Latinis ſtir
pem in vrbe relinquerent: ciues Ro
mani fierent. Ius Latij id eſt quo La
tini nominis, & ſocij vtebātur poſt
ea datum eſt multis prouinciarum
ciuitatibus. Plinius teſtatur Veſpa-
ſianum vniuerſæ Hiſpaniæ ius La-
tij dediſſe. Suetonius ſcribit Augu-
ſtum

ſtum Cæſarem pleráſque ciuitates benè meritas de republ. Latinitate ac ciuitate donaſſe. Ante Auguſtum C. Iulius Cæſar, authore Appiano, ciuitatem vniuerſo Latio dedit. Ex his quæ iam dicta ſunt ſatis conſtat qui ciues appellari poſſint, & quæ ſint ciuitatis iura. Nunc quomodo differant à Coloniis & municipibus videndum.

Coloniæ Ro. quæ ſint & quomodo cõſtitutæ.

Gellius libro decimoſexto capite decimotertio ait, Colonias eſſe quaſi paruas effigies & ſimulachra quædam pop. Rom. Nam coloniæ ſunt vrbes minores ex ciuitate propagatæ, habẽtes iura, atque inſtituta omnia po. Ro. cuius erant arbitrio, quæ conditio cũ ſit magis obnoxia & minus libera quàm municipũ tamẽ potior ac præſtabilior exiſtimatur propter amplitudinẽ maieſta-

témque pop. Rom. Sic autem constituebantur coloniæ. Cùm in vrbe plerique ex nouis veteribúsque incolis inopia premerẽtur: Triumviri creabantur à Senatu qui primùm loca quædam explorarent in quibus propugnaculum constituere Reip. expediret. Deinde edicta promulgabant vt ab iis nomina darẽtur qui in nouam Coloniam deduci vellent, id est in locũ vbi propugnaculum constituendum erat habitãdi gratia. Sic vrbs Pauperum multitudine exonerabatur, & pauperes rei familiaris pondere grauati læuabãtur. Accedebãt enim ad nouas diuitias, accipiebãtque gratis bina, ternave atq; & septena, plus minus agri iugera. Sic ergo Romani suas colonias constituebant, quas habuere plurimas, & in varia loca

deductas

deductas vt essent ceu propugnacula imperij & reip. Romanę quasi effigies & simulachra vt diximus. Sed hæ coloniæ duplicis generis fuerunt propter iuris diuersitatem. Quædam enim Romanę Colonię, quædam Latinæ dictæ sunt. Romanæ ciuium Romanorum erãt quibus ius Ciuitatis non minus atque iis qui intra vrbem habitarent integrum erat. Latinæ licet ex Romanis constituerẽtur, non tamen iure ciuium sed sociorum, id est Latinorũ vtebantur. Nam iure Romano sic comparatum erat, vt si ciues Romani in Latinam coloniam nomina dedissent vel sua voluntate, vel metu mulctæ, ipsi Latini iuris fierent: ciuitatémque amitterent. id Cicero testatur pro domo sua ad Pontifices & pro Cecinna. Quòd si Latini

Duo genera Coloniarũ.

in Romanam coloniam essent profecti non tamen fiebant ciues, sed Latini iuris erant, vt Liuius scribit de Ferentibus. Lege Iulia Latinis omnibus (id est sociis qui in Latio erant.) ciuitas est data, & plerique. Itali cœperunt vti ciuitatis iure, à quo tamen exclusæ sunt. Transpadanæ Coloniæ (id est quæ vltra Padum in agro Gallico fuerant constitutæ, veluti Ariminum & similes.) Sed post, Cn. Pompeius ius idē iis dedit quod Latinis (id est vt Asconius scribit) vt ciuitatem, gratia petendi Magistratus, adipiscerentur, & reliquo iure ciuium vti possent. Erant & aliæ Latinæ Coloniæ per Gallias Hispaniasque multæ, & in multis Romani imperij partibus, quæ ciuitatem non habebant. Plutarchus in vita Gracchorum testatur

Lex Iulia.

tur Gracchum legē tulisse de Coloniis deducendis. Ante id tēpus nulla Colonia extra Italiā peducta fuerat. Sed tum primùm in varias orbis partes cœperunt deduci. Idem etiam Appianus scripsit. Et hæc de Coloniis hactenus.

Municipes autem, vt Gellius scribit, sunt ciues è Municipiis suo iure, ac legibus vtentes, muneris tantum honorarij cum pop. Rom. participes: à quo munere capessendo, appellati videtur. Nullis aliis necessitatē neque vlla Po. lege astricti: hi non in ciuitate nati, vt Coloniæ, sed extrinsecus in ciuitatē veniunt. Nō sunt ergo Municipes nati ciues, sed, vt Festus inquit cùm venissent Romā admissi sunt à ciuibus vt omniū rerū participes fierēt ad munus fungendum vnà cum ciuibus, præ-

Municipes qui.

ter quàm de suffragio ferendo, aut magistratu capiendo. Huiusmodi fuerunt Arpinates, Pisani, Nolani, Cerites & plurimę aliæ vrbes Italię: Sic Festus. Philippus Melāchion in Orationem Ciceronis pro Cælio municipia inquit erant vrbes Italiæ quibus beneficij loco cōcessum est à Po.ius militandi vt enim erant honestissimi quique ita armata à Po p. merebātur & à cæteris oneribus liberi erāt. Sic dicti sunt quod eadem munera cum Po. susciperent à vectigalibus & reliquis oneribus liberi. Plerique verò ciues possessiones suas in municipiis habebant veluti Cælius. Verba Gell. & Melācht. docent discrimen inter municipes esse, & municipia, municipésque à municipiis ortos, in ciuitatem venisse. Iam de pop. Rom. generatim dictum

Municipia quid.

Municipia & municipes quo modo differāt

dictum est ac de illis ordinibus variisque distributionibus. Superest vt ad singulos Magistratus transeamus.

De Regno & Regia potestate. CAP. II.

REgia potestas prima omnium & antiquissima in vrbe fuit, siquidem Romulus vrbis parẽs, & cõditor primus hanc tenuit: populúmque non pro animi sui libidine atque arbitrio, sed cõsilio prudentissimorum hominum, quos ad hoc opus adhibuit, gubernauit. Hi fuerunt Senatores, de quibus alio loco nobis dicendum. Romulus ergo vt regiæ maiestatis honos haberetur, splendidiore corporis cultu, atque aliis quibusdam insignibus, augustiorem se populo red-

Regia potestas in vrbe prima.

Regiæ maiestatis insignia.

didit: indutus eſt enim veſte purpurea, quam Trabeam vocant. Trabea verò, veſtis erat togata, quæ authore Suetonio libro de genere veſtium, triplicis generis fuit. Quædam enim diis ſacra, eáque purpurea. Altera, regium veſtimentum, purpurea quoque, ſed albi habens nonnihil admixtum. Tertia angularis, cuius purpura fuit cocco mixta. Erat Trabea veſtis togata purpura circundata, ſub tegmine pumiceo, quam aureæ figulæ connectebant, & Quirinalis dicta propter Romulum: vnde Virgilianum illud,

Trabea veſtis quid.

Tria beæ genera.

Primũ Trabeæ genus.

Secundum genus.

Tertiũ genus.

Ipſe quirinali trabea cinctúſque Gabino inſignis, &c.

Quid à toga differat Trabea

Differebat ergo Trabea à Toga, cæte-

ga cæterorum ciuium, non forma, ſed materia. Erat autem Toga veſtis laxa oblonga, & quæ in ſinum multis criſpulis ſubtracta ſuc cingebatur, cuius erant varia genera: veluti, Prætexta toga. Regia toga. Candida toga. Pulla toga, Pura toga, Virilis toga, Picta toga. Prætexta toga, ſeu Prætexta ſimpliciter: veſtis eſt qua vtebantur pueri ad annum vſque decimum ſeptimum, quo tempore virilem induebant. Picta toga, veſtis fuit publica ſummíque magiſtratus. Regia toga, qua Reges ſoli vſi ſunt, intexta erat auro & purpura. Candida, qua petitores Magiſtratuum vtebantur, à quo dicti ſunt Candidati. Pulla, nigra erat qua in funeribus vtebantur

Prætexta toga, Virilis toga, Picta toga, Regia toga, Cadida toga, Pulla toga, Pura toga. Prætexta toga. Virilis. Picta quid. Regia toga quid. Cãdida quid. Pulla quid.

toga, est quam forenses tyrunculi assumebant tyrocinij die: vnde metaphoricè pro tyrocinio sumitur: dicta est pura, quòd nullo prætextu purpuræ distincta esset. Hęc obiter de Toga & Trabea dicere visum est, vt ciuē Romanum ab externo quoque habitu cognoscere liceat.

Præter Trabeā Regia etiā maiestas ornata est, Sella Curuli, qua nō modo Reges sed post ipsos Consules & nonnulli alij magistratus honoris gratia vsi sunt. Hac ergo Sella vectus Romulus duodecim lictores, succinctis vestibus, expeditos ad plectendos facinorosos habuit, qui præibant gerentes fasciculos virgarum, intra quas virgas obligata securis erat, sic, vt ferrum in summo face extaret: cuius rei causam Plutarchus ostendit in Problematibus: nimirum

Cur virgas securibus alligatæ fuerint.

mirũ, inquit, hoc iudicium est magistratuum iram promptam ac solutam minimè esse debere. Aut certè ideò id constitutũ est, vt mora tantisper magistratuum iræ fiat dum virgæ dissoluantur: id quod sæpe pœnitentiæ occasionem magistratibus attulit, quoniam autem facinorosi partim sunt emẽdabiles partim perditissimi vt virgæ admonendis illis, sic secures his de medio tollendis sunt institutæ. Ex triginta Tribubus in quas Pop. distribuit, denos equites legit vt essent trecẽti sui corporis custodes: quorum comitatu stipatus, & pace, & bello incedebat: hi celeres dicti, vel ab exequenda ministerij celeritate: vel ab interfectore Remi, cui Celer nomen fuit: & huic numero præfectus ab Romulo dictus Tribunus Cele-

Custodes regii corporis.

rum. Plinius de Celeribus loquens, Quinetiam, inquit, ipsum, equitum nomẽ sæpè variatum est in iis quoque qui ad Equitatum trahebantur. Celeres sub Romulo, Regibúsque appellati sunt. Deinde Flexumines. Postea Trossuli. Pomponius putat Trossulos à Trossulo Tuscorum oppido expugnato dictos fuisse. Flexumines à flectendis hominibus: à nõnullis Flexamines vocãtur. Dionysius testatur vnum ex toto populo lectum ab Romulo fuisse cui res vrbana tutò committi posset, cùm ipse abesset causa belli. Cæteros verò ipsius permissu lectos à multitudine, quæ ex suo corpore, id est ex triginta curiis: ternos in ordinem senatorum cooptauit: quorum fretus cõsilio Rex totam rempublicam gubernaret.

Equitũ sæpe variatum.

Trossuli vnde dicti.

Flexumines vnde dicti.

De

De Interrege & interregno.

CAP. III.

INterregnum ſpatium eſt tempo ris ab obitu Regis, donec alter creatus fuerit, interiectum. Interrex verò qui cum regia poteſtate, & inſignibus interim præeſt. Liuius libro 1. ſcripſit, Romulo humanis rebus ſubducto, patribus timorem inceſſiſſe, ne ciuitatem ſine imperio, exercitum ſine duce, vis aliqua externa adoriretur, ciuitatum proximarum irritatis animis. Itaque caput aliquod eſſe placuiſſe, ſed neminem voluiſſe alteri concedere. Tandem viſum eſſe, vt rem inter ſe centum patres, decem decuriis factis, ſinguliſque in ſingulas decurias creatis, qui ſũmæ rerũ præeſſent conſociarẽt. Decem autẽ imperitabãt.

ſed vnus cum inſignibus imperij, & lictoribus erat. Quinque dierum ſpatio finiebatur imperium & per omnes in orbem ibat, annuúmque interuallum regni fuit. Id ab re, quod nunc quoque tenet nomen interregnum, appellatum. Cæterum plebs cùm videret multiplicatam ſeruitutem, ac centum pro vno, dominos factos: imperium tale moleſtè ferebat neque vltrà niſi regem à ſe creatum, paſſura videbatur. Propterea patres offerendum vltro cenſerunt, quod amiſſuri erant, regia poteſtate pop. permiſſa: ſic tamen vt non ampliùs darent iuris, quàm ipſi retinerent. Decretum ergo vt quem populus regem iuſſiſſet, id ſic ratum eſſet, ſi patres autores fierent. Tum interrex concione aduocata, quod bonũ, Fauſtũ, Fœlíxque

líxque ſit, inquit, Quirites, Regem create. Ita patribus viſum eſt. Patres deinde ſi dignum, qui ſecundus ab Romulo numeretur, creaueritis, autores fiebãt. ea cõditione Rex creabatur apud quẽ ſumma rerum omnium eſſet. Interregni nomen, & interregis ad alios etiam magiſtratus transfertur, quando loco magiſtratus aliquis ſufficitur tanquam interrex. Cuius rei teſtis eſt Liuius, dum ait: Cùm ſine curuli magiſtratus Reſp. eſſet: Patricii coiere, & interregem creauere. Cõtentio, Conſuléſne, an Tribuni militum crearentur in interregno, rem complures dies tenuit. Illud etiam obſeruatum fuit, vt Conſules cùm abeſſent Reip. cauſa, ſeu vitio creati eſſent, & comitiis intereſſe non poſſent, res ad interregem deduceretur, &

per interregem Comitia consularia fierent.

De Senatoribus.

CAP IIII.

Tres ordines pop. Ro.

TRes ordines populi fuisse in vrbe constat: quorum primus ac maximus, fuit Senatorius, de cuius institutione, nomine, numero, officio, potestate atque authoritate, insignibus, conuocatione, loco, tempore, & ordine in sententiis dicendis. Item de electione, de diuersis generibus Senatorum & reliquis ad eum ordinem pertinentibus nunc differendum.

Senatores primùm ab Romulo creati.

Liuius libro primo scribit Romulum vrbe noua viribus, ac robore munita, in animũ induxisse vt cõsilium viribus pararet. Itaque Senatores centum creasse, siue quia is numerus

numerus ſatis erat, ſiue quia ſoli cẽtum erant qui creari patres poſſent. Senatores ſeu Patres dicti vel ab ætate, vt Feſtus inquit: vel ab honore: vel quia patres agrorum tenuioribus tanquam liberis attribuebant. Cicero lib. 1. de Senectute teſtatur Senatum à Senum ætate vocari qui eadem de cauſa Græcis dicitur γερουσία. Patrum verò nomen honoris cauſa datum Liuius putat. Patres (inquit) ab honore, eorúmque progenies appellati Patricij.

Cur Senatores dicti.

Numerus Senatorum.

Numerus Senatorum fuit primùm Centenarius, ſed poſtea auctus eſt à Tarquinio Priſco quinto rege, qui (vt Liuius ait) non minus Regni ſui firmandi quàm augẽdæ reip. memor Centũ in Patres legit qui deinde minorum gẽtium dicti ſunt. Factio haud dubia regis,

Senatorum auctus numerus à Tarquinio Priſco.

Patres minorũ gentium.

cuius beneficio in curiam venerāt. Postea regibus exactis Iunius Brutus primus Consul Senator ū numerū cædibus regiis imminutū ad trecentorum summam (vt Liuius ait) expleuit: quò plus virium in Senatu frequentia ordinis faceret. In quem primores equestris gradus, legit. Dionysius tercentenariū similiter numerū in hoc ordine fuisse scribit In primo tamen libro Machabæorum legitur Romanos trecētorum & viginti hominum Senatum sibi constituisse. Tranquillus in Augusto scribit Augusti Imperatoris ætate Senatorum affluentem numerum deformi & incōdita turba fuisse. Erant enim supra mille & quidam indignissimi ac post Cæsaris necem per gratiam & prēmium allecti quos abortiuos vulgus vocat.

Trecēti Senatores.

Mille Senatores.

Itaque

Itaque Augustus effrænem illum numerum ad morem pristinum, & splendorem redegit, duabus lectionibus: Priore, ipsorũ arbitratu quo vir virum, id est Senator Senatorẽ legit: Altera suo & Agrippæ. Quoties Senatus in cõsilium adhibebatur si res esset momentosa, Senatores minori numero quàm centum non conueniebant, vt author est Liuius lib. 9. de bello Macedonico. Asconius tamen scribit Cornelium tempore Ciceronis legem tulisse ne quis in Senatu legibus solueretur nisi ducenti adfuissent, ac duo Senatusconsulta vno die non fieri.

Senatoris officium.

Senatoris officium quale sit Cicero scribit lib. 3. de Legibus. Id sitũ est in his tribus vt adsit: vt loco dicat: vt modò. Quatenus adesse officij est, habet res grauitatem in ordi-

Dicere loco. nisfrequentia. Dum loco dicere debet Senator, significatur in eo quod non aliter quam rogatus dicat. Senatus enim non nisi referentibus Consulibus aut his quibus Senatũ habere vel cogere licebat, decernere poterat. Id quod Cicero ostẽdit in orat. pro reditu, cùm inquit Prouincialiũ postulata Cõsulibus ædebãtur vt de iis ad populum referrẽt & atdiũ Patrũ præberent. Denique in modo, illud inest ne sit infinitus. Nam breuitas non modò Senatoris, sed etiam oratoris magna laus est in sententia: nec est vtendũ longa vnquam oratione nisi vbi spectante Senatu, & nullo Magistratu adiuuante diẽ tolli necesse est. Cæterum illud iam dictum esse muneris Senatorij, vt adsit, vt loco dicat, vt modo: hoc quoque postulat vt

Dicere modo.

Senator

Senator ſit vir prudẽs & qui Remp. cognoſcat. Ideò ſcriptum eſt in lege duodecim tabularum de Senatoris officio cauſas populi teneto. Id quod Cic. eodem libro interpretatur, noſcat Remp. quid habeat militum, quid valeat ærario, quos ſocios habeat, quos amicos, quos ſtipẽdiarios, qua quiſque ſit lege, qua conditione quo fœdere: teneat prẽterea conſuetudinem decernendi: noſcat exempla maiorum. Non pertinebat autem ad Senatum cognitio litium, & neceſſitas iudicandi, licet ex Senatu ſicut ex equeſtri ordine, decuriæ iudicium interdum ſumerẽtur. Id quod intelligi poteſt ex Cicerone actione vltima in Verrem, cùm inquit, Ad Senatum deuenient qui de Verre ſupplicium ſumant? Non eſt vſitatum, non eſt

Senat. qualis eſſe debeat.

Iudicia & litiũ cognitio nonerat penes Senatum.

Authoritas. Senatorium. Nunc quæ sit authoritas Senatus dicamus, in quo primũ omnium animaduertendum cùm authoritatem Senatoriam dicimus non intelligi grauitatis aut prudentiæ vel magnitudinis cuiusdam opinionem: qualem in magnis ac clarissimis viris cernimus: sed consensum maioris alicuius aut prudentioris sine quo, nihil quod actum sit, ratum haberi debeat. Sic antiqui vocabant authores mulierum sine quorũ consensu quæcunque mulieres egissent rata non erant vt Liu. testis est lib. 37. & Cic. pro Flacco & pro Aulo Cecinna. Authorem ergo fieri hic aliud nihil est quàm consentire & approbare id quod agitur, quod alias nullius esset momenti. Sic Paulus iurisconf. explicat in l. Etiamsi, digestis de authoritate & consensu

tuto-

tutorum. Itaque Patres id iuris antiquitus habuerũt vt ratatum demũ essent quæ Pop. iusserat si ipsi authores fierent, id est si rem factam approbarent. Authoritas erat enim in Senatu sicut penes populũm potestas ac maiestas vt Cicero docet lib. 3. de legibus, Propterea pop. scisscere ac iubere dicebatur: Senatus verò cẽsere & authorẽ esse. Id quod ex Liuij testimonio constat quum ait Senatus eam pacem seruandam censuit & paucos post dies populus iussit. Et alibi quum pop. Regem iussisset, id sic ratum esse si Patres authores fierent. Hodiéque in legibus ac Magistratibus creandis vsurpatur. Ex huiusmodi potestatis seu maiestatis & authoritatis discrimine facilè videri potest quid intersit inter læsæ maiestatis & im-

Authoritas in Senatu.

Maiestas in Pop.

minutæ authoritatis crimen. Illud enim in eum committitur cuius est maiestas: hoc in eum cuius authoritas in Senatu quam postea lex Menia id est à Menio Trib. plebis lata magna ex parte eneruauit & inutilē reddidit. Cùm enim patres rerum à Pop. decretarū authores sæpe fieri nollent legē & ante initiū suffragiū authores essent eius rei quam Pop. iussurus erat. Ita fiebat vt quicquid Po. iussisset ex authoritate Patrum, actum videretur: cùm tamen ante hanc legem authoritas Patrum requireretur post latum suffragium: sicut constat ex eo loco Liuij quem paulò ante citauimus, cùm ait, Id sic ratum esset si Patres authores fierēt. Item ex Cicerone in orat. pro Plancio. Nam etiam ętate Cicer. adempta erat illa Senatus antiqua authoritas

lex Menia de authoritate Senatus imminuta.

ritas quam initio Romulus conceſſerat, quamuis ſub ſpecie quadam v ſurparetur. Atque illa quantulacunque fuit à Cæſare dictatore oppreſſa lãgueſcere cœpit, ac deinde poſt Auguſtum interire cùm vnius iam arbitrio cuncta regerentur. Non enim Senatus in mandandis exercitibus, in prouinciis decernendis, in legationibus admittendis, ac dimittendis, & conſtituenda Republica occupatus vltra fuit: ſed in adulationes Principum conuerſus inſontes ſontéſque nullo diſcrimine cõdemnare, ſæuiẽtibus Principibus, damnatos permittere: ciues flagitioſiſſimos in gratia Principum ex reis eximere, & Principibus condonare, innocẽtiſſimis hominibus negotium faceſſere, & plurima huiuſmodi facinora perpetrare, premente ſerui-

Authoritas Senatus oppreſſa.

tute, coactus est. Tunc Senatorij muneris esse cœpit reorum iudicatio, & à Nerone institutum, vt quia iudicibus ad Senatum prouocarẽt, multæ periculum facerent.

Insignia Senatorum.

Senatorij ordinis cultus & ornamẽta fuere Latus clauus, & calceus lunatus. Erat latus clauus tunica purpura prætexta, latior tunica vulgari, longiórque & discincta, cui toga superinduebatur vt Tunicæ. Vnde tunica Laticlauia dicta: & Senatores Laticlauij propterea quòd nodi quidam purpurei instar capitis clauorum erãt quibus tunica vniuersa distinguebatur à quibus latè non angustè intertextis ipsa tunica nomen sumpsit Laticlaui, Calceus lunatus Lunæ imagine fuit insignitus ad significandam vetustatis originem nempe ab Euandro & Arhadibus

Quid Latus clauus.

Calceus Lunatus qualis & cur Senatorũ insigne.

chadibus qui se ante Lunam natos prædicāt, huiusmodi insignia in luctu publico deponebātur. Dion in vita Traiani, Senatorē ait pingi solitum hac forma vt esset senior in tunica ac prætexta purpurea cū corona, Plin. ait Tullum hostiliū tertium Rom. regem primū lato clauo vsum fuisse. Strabo Baleares mortalium primos latū clauum induisse. Silius poëta Herculis Sacerdotes id quoque genus vestis habuisse: cū ait

Sacrificam lato vestem distinguere clauo, &c.

His ergo insignibus, id est lato clauo & calceis lunatis Senatores ab aliis ordinibus distinguebātur quēadmodum Equites annulo aureo, quod ipsorum insigne fuit. De quorum ordinum distinctione sic Plin. Annuli (inquit) distinxere alterum

Equitum Romanorū insigne.

ordinem à plebe vt ſemel cœperunt eſſe celebres, ſicut tunicę ab annulis, Senatum & Senatoribus ius fuit ſpectandi in orcheſtra. Equitibus verò in quatuordecim ordinibus Theatri. Supereſt iam vt de iure ac modo Senatus habẽdi ſeu conuocandi diſſeramus.

Senatus per quos Magiſtratus haberi poſſit.

Gell. lib.14. ſcripſit, Senatũ olim haberi ſolitum per hos Magiſtratus Dictatores, Conſules, Prætores, Tribunos pleb. Interregem, Præfectũ vrbi, neque aliis pręterquam his ius fuiſſe faciendi Senatuſcõſulti. Quotieſcũque autem vſu veniſſet vt omnes iſti Magiſtratus eodem tempore Romæ eſſent, tum quo ſupra ſcripti ſunt ordine, qui eorũ prior aliis eſſet ei potiſſimum Senatus conſulendi poteſtas fuit. Item extraordinario iure Tribuni quoque

militares

militares Decē-viri dum præessent cum imperio cōsulari & hi præfuerunt in republ. post necem C. Cæsaris & parum diu Trium-viri constituendæ reip. causa creati ius consulendi Senatus habuerunt.

His autē Magistratibus quibus Senatusconsulti faciendi ius erat potestas etiam fuit intercedendi ne Senatusconsultum fieret. Liuius lib. 3. Nemini dicit licuisse Senatum habere qui ipse magistratus non sit, id est neminem priuatum hoc iuris habuisse.

Locus habendi Senatus cōsulti.

Locus quo Senatusconsultū fieri oportebat per Augurem constituebatur, & templum appellabatur etiam si prophanus esset, veluti curia Hostilia, Pompeia, Iulia, neque alibi fieri poterat quàm vbi Augur cōstituisset, & si factum fuisset iustum

Tēplū quid sit.

non erat. Fiebat tamen aliquando sub Dio propter aliquam prodigij causam vt testatur Plinius de Bone quæ locuta est.

Tẽpora Senatusconsulti faciẽdi.

Tempus autem Senatusconsulti faciendi fuit post Solis exortum & ante occasum alioqui ratum non erat, sed Censorium opus in eos per quos alio tempore factũ fuisset. Ac tempus quidem certũ quò Senatus haberetur lege Pupia, id est à M. Pupio Pisone lata constitutum fuit vnde Senatus legitimus vel edictus seu indictus appellatus est. Legitimus Senatus is erat qui statis diebus & lege designat is habebatur videlicet sicut lex Pupia iubebat neque ante Calendas Febr. neque toto mense Februario nisi perfectis aut reiectis legationibus vt est in 1. epist. apud Cic. siquidem olim mensis Februarius

Senatus legitimus.

rius legatis prouinciarum dari solebat & totus ferè in audiẽdis prouinciarum postulatis cõsumebatur author est Asconius Pedian. in 3. Verr. Cic. Trãquillus in Augusto ait Augustum sanxisse ne plus quàm bis, in mense Senatus legitimus haberetur: scilicet Calendis & Idibus néve Septembri Octobrive mense vllos adesse alios necesse esset quàm sorte ductos. Per quorum numerum decreto confici possent.

Edictus autem vel indictus Senatus is erat qui ob negotia inciden tia repentè indicebatur sic legitima concio & edicta cõcio dicta est illa quæ fixis ac statis diebus videlicet: ter in mense cõueniebat, Hæc quæ repente & noua quadã de causa fiebat. Qui Senatũ habiturus erat priùs hostiã ĩmolare auspicariq. debebat

Senatus edictus, & indictus.

Concio legitima.

Concio edicta.

& in Senatu priùs de rebus diuinis quàm de humanis referre. Quoniã autem nemo ſentẽtiam dicebat niſi rogatus videndum eſt quiſnam ordo in rogandis ac dicendis ſententiis fuerit.

Modus rogandi ſententias in Senatu.

Gellius ea de re lib.4. cap. 10.ſic ſcripſit, Ante legẽ(inquit)quę nunc de Senatu habendo obſeruatur, ordo rogandi ſententias varius fuit. Aliàs primus rogabatur qui à cenſoribus princeps in Senatũ lectus fuerat. Aliàs qui deſignati Conſules erant. Interdum quidam è Conſulibus ſtudio aut neceſſitudine aliqua adducti quem iis viſum erat honoris gratia, extra ordinem ſentẽtiam primùm rogabant. Tamen obſeruatum eſt quum extra ordinem fieret ne quis quenquam niſi ex Conſulari loco primum ſententiam rogaret

garet. Cicero in libro de Senectute testatur tantum honoris aliquando Senectuti delatum fuisse vt qui natu grandior esset, is prior in Senatu sententiam Rogaretur. Tamen Cæsar in Cõsulatu quem cum Bibulo gesit, solos quatuor, vt Gell. testatur, extra ordinem rogasse fertur: ex iisque principem M. Crassum: sed postquam filiam Cn. Pompeij despondit: primùm cœpit Cn. Pompeium rogare. Cæterum Fenestella scripsit tres tantum à Cæsare solitos rogari, Crassum, Pompeium & Catonem: nec prætereundum est silentio hoc loco quod Gellius commemorat de iure Senatoris, in sentẽtia dicenda: Erat enim (inquit) ius Senatori, vt sententiam rogatus, diceret ante quicquid vellet etiã alius rei & quoad vellet: & ita fecisse Catonẽ

Ius Senatoris in sentẽtia dicẽda.

teſtatur Conſule Cæſare, diémque totum dicendo eximere voluiſſe, propterea prehenſum iuſſu Conſulis à viatore, & ductum in carcerem: ſed Senatum conſurrexiſſe, & Catonem in carcerem proſecutũ fuiſſe: qua inuidia facta Cæſarem deſtiſtiſſe, & iuſſiſſe Catonem mitti. Fiebat autem Senatuſconſultum duobus modis: vno per diſceſſionem ſi conſentiretur: altero per ſententias ſingulorum exquiſitas quum res erat dubia: vbi tum, ſinguli gradatim conſulebantur. Sed iam ad Senatorum electionem trãſeamus.

Senatuſcõſultũ duplex.

Fuit autem ratio varia legendi Senatus diuerſis temporibus. Primùm enim per Reges cooptabatur vt ſuperiùs dictum eſt de Senatoribus ab Romulo & Tarquinio Priſco inſtitutis. Deinde per Coſs. Nã primus

Eligendorũ Senatorũ ratio.

primu Coſs. Iunius Brutus authore Liuio, primores Equeſtris ordinis in Senatores adſcribi iuſſit: quũ Senatũ, poſt exactos Reges, bonis viris exhauſtum vidiſſet. Poſteà conſtitutum vt à Cenſoribus Senatores legerẽtur: viciſsímque Senatu mouerẽtur. Sed ea de re nobis erit ſermo cùm agetur de Cenſoria poteſtate. Liu. tamẽ lib. 32. bell. Pun. dicit placuiſſe creari Dictatorẽ qui cẽſor ante fuiſſet vetuſtiſſimúſque ex iis Cẽſoriis qui viuerẽt, penes quẽ legendi Senatus poteſtas eſſet. Buteonẽ etiã ob id Dictatorẽ creatum qui centũ ſeptuaginta ſeptẽ cum ingẽti approbatione hominum in Senatũ lectis, ex templo, ſe Magiſtratu abdicauit. Optabantur autem Senatores ex Equeſtri ordine: vnde Alexander Imp. Ro. dicere ſolebat ſeminarium

Senatorum Equeſtrem locum eſſe. Legebatur & ex ordine Senatorio vnus qui Princeps Senatus dicebatur, quod genus honoris iis tantum deferri conſueuit qui authoritatem & gloriam maximis in Remp. meritis, præſtantiſſimiſque rebus geſtis, eſſent conſecuti. Liuius lib. 7. decade tertia, ſcribit morem fuiſſe traditum à Patribus, vt qui primus Cenſor fuiſſet ex iis qui viuerent is princeps Senatus legeretur. Nũc de generibus Senatorum agamus.

Princeps Senatus.

Quadruplex in hoc ordine genus Senatorũ fuiſſe perhibetur, Patricij, Cõſcripti, Allecti, Pedarij. Patricij dicti ſunt qui à primis illis Senatoribus originem ducunt. Horũ enim progenies (inquit Liuius) Patricij appellati. Conſcripti qui regũ, Conſulum, Cenſorũmve decreto in

Quatuor genera Senatorum.

Patricii qui.

Conſcripti qui.

in Senatum lecti ſunt: de quibus ſic Feſtus, Patres (inquit) dicti ſunt qui patricij ſunt generis: Conſcripti verò, qui ſunt in Senatu ſcriptis adnotati. Plutarchus in Romulo teſtatur à Romanis collegium Senatorum Patres conſcriptos appellari quod nomen authoritatis plurimum præ ſe fert. Sed ab initio tantùm Patres poſteà in eum ordinem adſcriptos, Patres conſcriptos appellari. Allecti autore Feſto, ſunt qui propter inopiam ex Equeſtri ordine, in Senatus ſunt numerum aſſumpti quo nomine, id eſt, Allecti, Aſcriptitiíque (vt inquit Budæus) vocari poſſunt Latinè in collegiis Magiſtratuum qui vulgò creati & extraordinarij nominantur. Pedarij (authore Varrone) ſunt Equites Romani qui nondum à Cenſoribus in Senatum lecti

Allecti qui.

Pedarii qui.

Senatores quidem non erant. Sed quia honoribus populi vsi fuerant in Senatum veniebant & sentẽtiæ ius habebunt. Non tamen rogabantur sententias, sed quas Principes dixerant in eas pedibus ibant à quo Pedarij & eorum sententia Pedaria dicta. Gellius lib. 3. negat Pedarios Senatores eos vocari qui sentẽtiam in Senatu non verbis dicerent, sed in alienam pedibus irent, si quidem cum Senatusconsultum fiebat per discessionem tum vniuersi Senatores pedibus sentẽtiam ferebant. De his plura apud eundẽ Gell. lib. 3. ca. 18. Sed sciendum tamen Senatores omnes sententiam stantes non autem sedentes solitos dicere. Priusquam autem è Senatus foribus egrediamur non incommodum erit hic subiicere Scipionis edictum de

Sena-

toribus & alia ad hunc odinẽ pertinentia. Scipio authore Liu. li. dec. 4. edixit, Qui Senatores essent quibúsque in Senatu sentẽtiam dicere liceret: quíque minores Magistratus essent, ne quis eorũ longiùs abiret ab vrbe, quàm vnde eo die redire posset: néve vno die quinque ab vrbe Senatores abessent. Idem Liuius libro tertio decade prima, tradidit Institutum à Coss. fuisse vt Senatusconsulta in ædem Cereris ad ædiles Plębis deferrentur quæ ante arbitrio Coss. supprimebantur aut nuntiabantur. Postea Senatusconsultum ad AErarium deferri institutum vbi & leges erant in æs incisæ, authore Cicerone Philippica quinta, de Censu Senatorio hoc proditũ est duplò maiorem fuisse quàm Equestrem. Plin. non probat

Senatores abesse ab vrbe nõ licebat.

Senatusconsulta in ædem Cereris seruabãtur.

Census Senatorius.

Senatores & Equites, ex quibus Iudices fiebant ex censu potius quàm ætate legi. Postquam (inquit) Senator censu legi ceptus, Iudex fieri cẽsus Magistratuum ducémque nihil magis exornare quàm census, pessũ iere vitæ pretia, omnésque à maximo bono, liberales dictæ artes in contrarium cecidere. De personis Senatoriis id quoque intelligendũ Senatoriarum personarum vocabulo contineri non solùm viros sed etiam vxores, adoptiuos filios, emancipatos, posthumos: item eos qui quum sint Patricij, tamẽ se plebeiis adoptandos tradiderunt: id quod non obseruabatur, quo tempore P. Clodius vir Patricius plebeio homini se adoptandum præbuit vt Tribunitia potestate aduersus Ciceronem vteretur, Senatorũ filiæ si aliis

quàm

quàm ordinis Patricij viris nupſerint, huius nominis dignitatẽ amittunt. Item hæ quæ primò Senatoribus deinde inferioris ordinis hominibus, poſtea fuerint collocatę. His iam omnibus explicatis ſupereſt poſtremo loco vt quaſdã leges de hoc ordine conſtitutas recitemus.

Plutarchus in vita Syllę lege Sulpitia cautum fuiſſe teſtatur ne quis ordinis Senatorij vltra duo millia drachmarum æs alienum conflare poſſit. *Leges Senatoriæ.*

Dionyſius Halicarnaſſeus cautum fuiſſe etiam tradidit lege à decem viris conſtituta ne Patriciis liceret cum Plebeiis connubio iungi, quæ lex poſtea abrogata eſt.

Cicero in tertio de Legibus has leges ex duodecim tabulis tranſcripſit.

Omnes Magiſtratus auſpicium iudiciumque habento ex quois Senatus eſto.

Eius decreta rata ſunto.

Ni poteſtas par minorue prohibeſcit Senatuſcōſulta perſcripta ſeruanto.

Is ordo vitio vacato cæteris ſpecimen eſto,

Senatori qui nec aderit: aut cauſa, aut culpa eſto.

Loco Senator & modo orato. Cauſas populi teneto. Sed de Senatoribus hactenus.

De Coſs. & eorum poteſtate.

CAP. V.

ANno ab vrbe condita ducenteſimo quadrageſimo quarto pulſo propter imperioſam arrogantiam Tarquinio rege, ciuitas in libertatem recepta eſt cuius adipiſcen-

piſcendæ Iunius Brutus Tribunus Celerum author fuit. Tũ regiæ poteſtati imperium cõſulare ſucceſſit, omnino regio ſimile, niſi quod regium imperium perpetuũ fuit, conſulare verò annuum. Creati ſunt ergo Coſs. ipſe Iunius Brutus & Tarquinius Collatinus comitiis centuriatis primi qui omnia iura (vt inquit Liuius) omnia inſignia tenuere neque iis quicquã de regia poteſtate diminutũ. Id modò cautũ eſt ne ſi ambo faſces haberent duplicatus terror videretur: Brutus prior concedente collega faſces habuit, qui omnium primum auidũ nouæ libertatis populũ, ne poſt modum flecti precibus aut donis regiis poſſet iureiurando adegit neminem Romæ paſſuros regnare.

Cõſulare imperium quale.

Primi coſs. T. Collatinus & Iunius Brutus.

Regnũ eiuratũ

Conſulum magiſtratus à conſu-

lendo dictus est: quòd eorum esset consulere in Senatu. Quintilianus lib. 1. dicit dubitari posse à Consulendo, an à iudicãdo dicantur: quia veteres hoc quoque iudicare dixerunt: vnde Cicero lib. 3. de Legibus, testatur ex legibus duodecim tabularum, eodem Prætores, Iudices & Coss. dici à præundo, iudicando, & consulendo. Leges autem apud Ciceronem ita scriptæ reperiuntur de potestate Consulari.

Coss. vnde dicti.

Regio imperio duo sunto: iique præundo, iudicando, Consulendo, Prætores, Iudices, Coss. appellantor.

Leges Cõsularia

Militiæ summum ius habento. Nemini parento. Ollis salus populi suprema esto.

Eum Magistratum nisi interuenerint decem anni ne quis capito.

AEui-

AEuitatem annuali lege seruãto.

Hæ sunt leges Cõsulares in quibus perspici potest qualis Consulum potestas fuerit. Sed quoniam illic eosdem Prætores, Iudices, & Consules appellari videmus considerandum est in vrbe iudicia primũ penes Reges fuisse: deinde exactis Regibus, id munus Consulibus cessisse qui propterea & Prætores & Iudices in legibus duodecim tabularum nominantur. Postea aucto imperio quando molestiis & oneribus iudiciorum satisfacere ne quirent grauioribus negotiis occupati creati, sunt Prętores propter lites dirimendas & constituenda iudicia, de quibus alibi nobis dicendum. quòd de interueniẽtibus decem annis scriptũ est id perpetuum non fuit. Nam Liu. lib.7.dẽc.3. te-

Cõsules, Prætores, Iudices, cur idẽ dicti.

Consules reficere contra leges 12. tabul.

ſtatur ius populo fuiſſe reficiendi Conſules quos & quoties vellet ex iis qui Coſs. ante fuiſſent. Sic C. Marius ſepties Coſ. perhibetur fuiſſe intra pauciores annos quàm ſeptuaginta. Similis lex ferè fuit qua cautũ eſt nequis poſt Pręturã citiùs quàm biennio lapſo Conſulatũ iniret authore Ci. in Rullum vbi ſe Coſ. factum eſſe dicit poſt Præturam ſuo anno, id eſt biẽnio lege pręſcripto. Pręterea quòd iubentur æuitatem annali lege ſeruare ſic eſt accipiendum vt intelligamus Conſularem ætatem quadraginta trium annorũ fuiſſe. Nam lege annaria nullus ante quadrageſimum tertium annum poterat Conſulatũ adipiſci. Propter ea Ci. gloriatur ſuo anno ſe Coſ. factum, id eſt, eo anno quo Conſulatum ei primùm per annales petere licuit

Lex annaria de Coſs.

licuit. Cæterum Magiſtratum inibant non modò Conſules ſed etiam Prætores Calendis Ianuarij. Tamen circa bella Punica & ante Idibus Martij teſte Liuio, & ex eo ipſo die, boues ſingulos Ioui Conſules ſolebant immolare.

Quoti. pore Coſs. magiſtratum inirent.

Porrò ne Priſcorum morem in creandis Coſs. cæteriſque Magiſtratibus ignoremus, animaduertendum eſt Romæ fuiſſe inſtitutum vt diebus comitialibus (qui vel à Conſule vel alio magiſtratu cui tum comitia habendi ius erat edicto promulgabantur) Populus in Campum Martium conueniret, vbi qui Magiſtratum petebant, Candidati à toga candida quæ geſtamen erat Peditorum dicti, Tribus circumibant ſingulóſque prehenſantes gratiam & ſuffragia precibus tempo-

Mos antiquus in petendis magiſtrat.

Candidati.

rariæque obſeruantia emerebantur vnoquoque plebeiorum ac popularium benignè & nominatim appellato. Quam ad rem fuciliùs agendam Nomenclatores inuenti ſunt qui ſingulorũ nomina tenebãt, candidatíſque ſuggerebant vt quiſque obuius erat. ſed id poſtea vetitum lege Plutarchus author eſt in Catone minore. Plin. in epiſtola ad Netium ait in comitiis hunc ordinem ſolitum fuiſſe ſeruari: citato nomine candidati ſilentium ſummum: dicebat candidatus pro ſe: explicat vitam ſuam: teſtes & laudatores dabat vel eum ſub quo legatus aut eũ ſub quo Quæſtor fuerat vel vtrumque ſi poterat. Addebat etiam quoſdã ex ſuffragatoribus. Illi grauiter & parcè loquebantur plus hæc quàm preces proderant. Interdum candi-

datus

datus natales competitoris aut annos, aut etiam mores arguebat. Audiebat Senatus grauitate Censoria ita sæpe digni, magis quàm gratiosi valebant. Cæterùm animaduertendum in talibus Magistratuum petitionibus nihil ambitiosè factũ existimari, licet in speciem qui sic peteret & populum ambiret reus ambitus videretur. Propterea sciendum authore Cicerone in Oratione contra Sallustium duplicem ambitum esse, vnum popularem, concessum quidẽ atque etiam laudatum, cùm aliquis Magistratũ aut curationem petendo suã operam offert Reipu. iudiciũmque de se faciendũ populo permittit absque dolo malo, hoc genus ambitionis nullis legibus prohibetur, sed approbatũ semper & à maximis præstantissimisque viris

Ambitus duplex.

Leges variæ de ambitu.

exercitum est. Alterum autem infame & legum seueritate notatum, quod aliquando dolo committitur & vnde cædes largitiones & variæ corruptelæ nascuntur: de huiusmodi crimine variis temporibus variæ leges rogatæ sunt. Primùm anno ab vrbe condita trecentesimo nonagesimo septimo lex Petilia qua nõ lar-

Lex Petilia.

tiones paupere tũ ciuitate. Sed præpostera ambiendi ratio coercebatur cùm noui quidam homines præter morem nundinas & cõciliabula agerent & fauorem hominũ sibi cõciliantes suffragia peterẽt. At de hac

Lex Calphurnia

Liuius lib. 7. Itẽ lex Calphurnia anno ab vrbe condita sexcentesimo octogesimo septimo Rep. iã imperii dignitate & opũ magnitudine aucta qua lege præter alias pœnas pecuniaria quoque adiecta fuit au-

tore

tore Pediano. Huic successit lex Tullia. M. Tullio Cos. ex Senatu decreto lata, quãdo cautũ est, præter alia multa, ne quis prandia vulgò daret, alioquin legis Calphurniæ reus haberetur. Adiecta etiã asperior pœna quàm antea, nẽpe exiliũ: nam antea damnati in ciuitate remanebant. Fuit præterea lex Pompeia de ambitu seuerissima quæ Cæsare in Galleis res maximas gerente, tum lata est quum Candidatis in vrbe insanientibus sic ambitus arderet vt populus in varia studia scinderetur ferróque dimicaretur atque igni, & propterea teste Appiano, octo mensibus Respublica magistratibus caruerit, in quibus procellis ac fluctibus suadẽte Catone solus Cn. Põpeius tertius Cos. ab interrege creatus est, qui ambitũ è campo Martio

Lex Tullia.

Lex Põpeia.

fontibus punitis non ſine magna laude pepulit author eſt Plinius. Ad hibebantur autem in comitiis obſeruatores qui ne quid fraudis & ambitus admitteretur, circumſpicerent: ſæpe enim eueniebat vt pecuniæ tributim diuiderentur à candidatis ad egentium aucupãda ſuffragia: & qui pecuniam tributim diui debãt. Hi diuiſores dicti ſunt quos Pedianus à Plauto magiſtro Spuriarum dici putat. Hi ſi deprehẽſi fuiſſent & conuicti damnabantur plerumque in præiudicium eorũ qui largitiones dicebãtur feciſſe authore Cicerone pro Plancio. Idem in Oratore pro reſponſis ariſpicum ſcripſit ſingulas Tribus ſuum diuiſorem habuiſſe. Et in oratione pro Plãcio de ſodalibus meminit, id eſt de iis qui coitiones honorum adipiſcen-

Obſeruatores Comitiorum.

Diuiſores.

Sodales Comitiorum.

piſcendorum cauſa feciſſent & operam ſuam ad ſuffragia corrumpenda interpoſuiſſent, hos enim Romani nomine criminoſo ſodales vocabant. Pedianus in eorum ordine ponit Sequeſtres apud quos pecunia deponebatur & ait in ſodalitiis proprium Quæſtorem deputatum fuiſſe quæ omnia lege Licinia conſtituta ſunt Cic. pro Cluentio & Appianus li. 2. de bel. ciuil. teſtantur eũ qui ambitus damnatus erat in integrum reſtitui ſi aliũ eiuſdem criminis reum adduxiſſet & condemnaſſet. Iam verò quoniam de Coſs. deſignatis ſermo ſæpe apud authores. nunc videndũ qui ſint & cur appellentur: propterea ſciendum in more fuiſſe apud Romanos vt Coſs. Prætores & Tribuniplebis crearẽtur in annum proximum, id quod

Deſignati Coſs. qui appellẽtur

erat designare, vnde Consules designati dicti sunt, qui creati in annum proximum nondum Consulatum & consulatus insignia inierunt. Inibant autem vt superiùs dictum est Calendis Ianuarij, & aliquanto tempore Idibus Martij. Comitia verò in quibus creabantur aut designabantur Magistratus non habebant præscriptum, aut certum aliquod tempus quo fierent. Sed quoniam diximus Regiæ potestati Consularem parem fuisse, animaduertendum est paucis id annis durasse, nempe vsque ad Valerij Publicolæ consulatum, qui Tarquinio Collatino successit: Is enim cùm in suspicionem venisset affectati Regni post obitum Iunij Bruti, & aduocata concione se purgasset. Author fuit ferendæ

Consularis potestas imminuta.

rendæ legis, vt ab omnibus Magistratibus esset ad populum prouocatio. Tum ergo Consularis potestas Regia multò inferior esse cœpit. Nec illud silentio prætereundum Consules ex corpore patrum solitos primùm creari. Deinde tamen seditionibus Tribunitiis id concessum, vt alter Consulum ex illius ordine legeretur. Primus ex plebe Consulatum obtinuit Lucius Sequacius. Quòd si Consul in bellum proficisceretur is exibat ab vrbe paludatus, id est, paludamento indutus quæ clamys erat imperatoria & dabatur pro insigni non solùm Consulibus, sed etiam lictoribus. Eratque alba aut purpurea teste Valerio libro 6. vbi scribit Crasso proficiscenti contra Parthos pullum paludamẽtum datũ fuisse: cùm

Consulũ alter ex plebe.

Cõsules paludati.

tamen in bellum exeũtibus album aut purpureum dari ſoleret. Quum autem exiret Paludatus nuncupabat priùs vota diuis in capitolio, quo poteſt bellum victor ac triumphãs ad eoſdem deos merita dona pop. Rom. traducebat. Illud etiam adiiciendum fuit iis quæ de Candidatis diximus neceſſe fuiſſe Conſulatum petẽtibus vt comitiis ipſi per ſe intereſſent neque per alios petendi cõſulatum facultatem haberent. Et hæc de Coſs. dicta ſufficiant.

Cãdidati comitiis interſint.

De præfecto vrbis.

CAP. VI.

PRæfecti vocabulum ſic latè patet vt per id quiſquis præficitur alicui negotio ſignificetur propterea prefectũ vrbis appellamus eum qui negotiis vrbanis preerat: fuit autem primùm conſtitutus ab Romulo

cùm

cùm ipſe bellorũ cauſa abeſſe ab vr be cogeretur. Ille authore Dionyſio) non à populo ſed à ſolo rege cui vicariam operam præſtabat legebatur. Cæteri Magiſtratus multitudinis arbitrio permiſſi ſunt legendi. Fuerũt & alia præfectorum genera multa: veluti præfecti annonæ. Præfecti vigilũ: Præfecti in militia: Præfecti legionum caſtrorum fabrorũ: & denique Præfecti prætorio. Præfectus annonæ primùm cõſtitutus eſt anno 18. poſt exactos reges Tito Geganio & P. Minutio Coſs. cùm maxima caritas & penuria vrbẽ inuaſiſſet vt ex Cicilia frumentum ad ueheretur. Hic magiſtratus non ſolebat niſi comeatus & annonæ cauſa ob egeſtatẽ & penuriam geſtari: dicitur à noſtris cõmiſſarius victualium. Præfectus vigilũ creatus eſt,

Præfectus annonæ.

Præfectus vigilum.

vt præesset cohortib. ad vigilias nocturnas institutis. cũ enim accidisset vt vrbis ædificia sæpe incẽdio cõflagrarẽt, vrbs in 14. regiões diuisa est, quarũ duas singulæ cohortes custodiebant, quibus cohortib. præfectus vigilũ præerat, penes quẽ erãt scelerũ nocturnorũ iudicia præsertim latrocinij & incẽdij. Præfecti in militia varij fuerũt, idque pro Regis aut Imp. arbitrio à quo q̃ præficiebãtur alis vel cohortib. vel aliis partib. in exercitu, Præf. alarũ Præf. cohortiũ & id genus similes dicti sunt. Præfectus legionis, legati absentis vicẽ in exercitu gerebat de cuius legati potestate nobis erit sermo cũ de Procõsulib. & eorum legatis disseremus. Huic Pręfecto parebãt Tribuni, Cẽturiones, & totus denique exercitus huic etiã curaerat, armorũ, equorũ, vestium,

Præfecti in militia.

Præfectus legionis.

vestiũ, disciplinæ, iurísque militaris, annonæ & similiũ. Præfect. castrorũ is erat cui cura credebatur castra metãdi, valli faciẽdi, fossæ, tabernaculorũ tormẽtorũ bellicorũ, ægrorũ, medicorũ, & reliquorũ id genus Præfectus fabrorũ artificib. præerat qui castra sequebãtur: quales fabri lignarij ferrarij, carpẽtarij, illius cura fuit fabrilẽ operã prouocare ac prębere castris & vrbib. expugnãdis necessariã Præfectus prætorio seu prætorij dictus est à cohorte prętoria. Nã apud antiquos cohors quædã erat prætoria dicta quæ Consuli aut Prætori in prouícia præsto sẽper erat quasique latus eius cingebat. De qua meminit Ci. ad Q. fr. Asiæ Procõs. Quod autẽ Ci. cohortẽ prętoriã appellat. Asco. comites Cõsulares interpretat. Veteres enim ait omnẽ magistratũ cui

Præfectus castrorum

Præfectus Fabrorum.

Præfectus prætorio.

pareret exercitus Prætorẽ appellauerunt. Vnde prętoriũ tabernaculum eius & in castris porta prætoria, id est, porta per quã exercitus in pręliũ è castris educitur, nã initio Coss. dicebãtur Prætores. Propterea & prætoriũ & porta prętoria & pręfectus prætorio dictus est. cùm ergo Rom. Imp. ad monarchiã redactũ est, Romani principes, Equitẽ vnũ prætoriæ cohorti præfecerũt & prætorio suo, id est aulæ quẽ in militari negotio sibi secundum esse voluerunt. Is fuit appellatus Præfectus prætorio, qualis sub Regibus, Tribunus Celerũ: sub Dictatoribus magister equitũ. Præerat autẽ publicæ disciplinæ emendandæ à cuius sentẽtia fuit aliquãdò prouocatio: sed vsque adeò postea creuit illius authoritas principũ priuilegio, vt prouocare non

liceret.

liceret. Præfecti prætorio missi sunt interdum ad regendas prouincias à Cæsaribus quemadmodum in iure scriptum reperitur. l. pen. & l. vlt. C. de off. præf. præt. vbi legitur, Præfectus prætorio Africæ, & præfectus prætorio Orientis. Cæterum cùm hoc loco de præfecto vrbis (qui antiquissimus magistratus fuit vrbis institutum esse: tractare occasionē inde nacti de aliis quoque præfectorum generibus disseruimus: quibus addere non incommodum fuerit quod Festus tradidit de præfecturis. Præfecturæ (inquit) hæ appellantur in Italia in quibus & ius dicebatur & nundinæ agebātur. Erat earū quædam Resp. sed magistratus suos non habebāt propterea præfecti ad eas mittebantur quotannis qui ius dicerent. Earū duo genera fuerunt:

alterum in quas solebāt ire præfecti quatuor populi suffragio creati. Hu ius generis fuerūt Capua Cumę, Ca salinum, Vulturnū, Liternum, Puteoli, Aceræ, Suesulæ, Attella, Galatia. Alterum verò earū quas Prętor vrbanus quotannis in quæque loca miserat legibus vt Fundos Formias Cerę Venafrum Fusillonem Reate Saturnium Arpinum aliáque multa generis eiusdē. Hæc Festus. nunc ad Prætores transeamus.

De prætoribus. CAP. VII.

PRætoris nomen Liuius ait à præessendo dictum. Varro à præeundo quasi præitor, quòd in iure & exercitu præiret. Cum eo conuenit quod supra scriptum retulimus ex legib. 12. tab. à præeundo iudicādo, consulendo, Prætores, Iudices,

Cos.

Coſs.appellantor. Tam latè patuit huius vocabuli ſignificatio vt veteres Prætorẽ appellauerint omnem magiſtratum cui præeſſet exercitus quin & ipſi Coſs.Prætoris nomẽ & munus aliquãdo geſſerunt Pomp. Iuriſc.in l.2.ff.de orig.iur cauſã huius magiſtratus creãdi, fuiſſe ſcribit Coſs. inquit cùm auocarẽtur bellis finitimis neq; eſſe in ciuitate q ius reddere poſſet: factũ eſt, vt Prætor quoq; crearetur,qui vrbanus appellatus eſt,q in vrbe ius dicebat. Poſt aliquot deinde annos eo Prætore non ſufficiẽte quòd multa etiã peregrinorum turba in ciuitatẽ veniret creatus eſt & alter Prætor q peregrinus appellatus eſt ab eo q plerũque inter peregrinos ius diceret. Capta deĩde Sardinia totidẽ prætores quot prouinciæ in deditionem venerant

creati ſunt:partim qui vrbanis rebus partim qui prouincialibus præeſſent. Ex his verbis Pomponij conſtat tria genera Prætorum fuiſſe,nimirum vrbanos,peregrinos,& prouinciales,quorum erat incertus numerus ſiquidem prouinciarum numerus incertus erat. Prætoria poteſtas in legibus 12. tabularum qualis fuerit, Cic.docet lib. 3. de Legibus:Lex eſt huiuſmodi,Iuris diſceptator qui priuata iudicet iudicaríve iubeat Prætor eſto:Is iuris ciuilis cuſtos eſto: huic poteſtate pari quotcunque Senatus creuerit populúſve iuſſerit tot ſunto. Ex quibus verbis oſtenditur prætorem iuriſdicundi gratia conſtitutum fuiſſe & penes eum magiſtratũ omnis publici priuatíque iuris tantam fuiſſe poteſtatem vt nouum ius condere & vetus abro-

abrogare ipsi liceret vnde ob hono rem tanti magistratus ius honorarium appellatum quod ipse constituisset. Tribus prætor fuisse perhibetur F.Camillus,quo tempore cōcessum est plebi vt alter Cos.ex ipsius ordine posset creari. Insignia prætoria fuerunt eadem fere quæ Consulū videlicet Sella curulis Trabea:sed sex tantùm lictores, tamen Plutarc.scribit Paulo AEmylio prætori in Iberniam proficiscenti 12. lictores adhibitos fuisse. Creatis prætoribus eo numero qui necessarius erat tum vrbi,tum prouinciis decernebātur à Senatu prouinciæ & prætores sortiebantur qui ad quas prouincias proficiscerētur cui sorte obuenerat vt in vrbe remaneret ad ius dicendū ciuibus,is Prætor vrbanus erat:inibant autē prætores suū ma-

giſtratũ eo die quo Coſs. id eſt Cal. Ianuariis poſt bella Punica & ante Idib. Martij inſtitutũ etiam quẽadmodũ duo cauſarũ genera. ſic duo Prætorũ in vrbe eſſent. Sunt enim cauſæ quædã priuatæ, aliæ publicæ, cuiuſmodi nos hodie ciuiles appellamus & criminales. Prætores itaque qui in vrbe remanebant, quidã priuatis cauſis aliis publicis præerãt. Cæterum inter huiuſmodi cauſas varia fuit iudicandi ratio non enim eodẽ loco neque apud eoſdẽ nec eodem modo expediebãtur ſi quidẽ publica iudicia in foro & apud iudices atque alter quàm præſcripta formula conſtituebãtur. Priuatorum autem cauſæ alio in loco & apud centũ viros, & eõſerta quadã formula de qua iudiciorum varietate ac differẽtia ſimul de veteri cauſarũ iudicãdarum

ritu

ritu nonnihil disserere hic cõmodũ fuerit & priùs & in priuatorũ causis quidnã ageretur possimus perspicere. Cõsideradum quænã causæ inter priuatas ãnumerari possint id quod discere ex Cic. licebit. 1. de Orat. vbi causas centum-virales appellat huiusmodi, quum inquit, iactare se in centum-viralibus vsucapionum, tutellarum, gẽtilitatum, agnationum, alluuionum, circumluuionum, nexorum, mancipiorum, parietum luminum, stillicidiorum, testamentorum ruptorum aut ratorum, cæterarúmque rerum innumerabilium, cum omnino quid suum, quid alienum: quare denique ciuis peregrinus liber aut seruus quispiã sit. Dicuntur autẽ causæ quæ de his rebus intẽduntur Centũuirales propterea quòd apud centum viros agerẽtur.

Porrò centum viralia iudicia autho re Festo dicta sunt à centum viris, nam quum essent Romæ 35. tribus, quæ & Curiæ dictæ sunt, terni ex singulis sunt lecti ad iudicandũ qui Centum-viri appellati sunt & licet quinque ampliùs quàm centũ fuerint tamen quò faciliùs nominaren tur Centum-viri sunt dicti. Erant Centum-virales causæ in duas hastas diuisæ authore Quintiliano li. 5. vnde iudiciũ hastæ pro Centum virali iudicio dictũ. Auctus postea numerus fuit centum virorum, sed manente semper eodem nomine, diuisúsque fuit in quatuor consilia præerat autem Centum-viris prætor ad causas huiusmodi iudicandas constitutis quorũ quatuor consilia in quadã basilica vsque adeò inter sese proxima erãt, vt actiones vnius tribu-

tribunalis ab alio exaudiri possent.

Publicorũ iudiciorũ, id est, quæ de maleficiis agebantur, forma & ratio diuersis temporibus, diuersa fuit: iam inde ab vrbe cõdita patres dominabantur iudiciis, causæque apud eos agebantur & ij soli Coss. & Prætoribus erant in consilio nec reliquis ordinibus fuit vlla ad iudicandum facultas concessa, ius istud authore Dionysio Romulus ordini Senatorio tradiderat neque quisquam per seditiones aut tumultus licet varij fuerint hoc iuris eripere illis conatus est vsque ad C. Sempronium Gracchum qui primus infensus Senatui Equestrem ordinem ab his disiungere meditatus legem de iudiciis ad Equites transferẽdis tulit nactus occasionẽ calumniandi Senatus quòd iudicia Senatoria largitio-

nem redolere videbantur, vt testatur Appianus lib.1.de bellis ciuilibus: multi enim rei repetundarum eo tempore & sua & hominum opinione condemnati, perfidia iudicum pecunia corruptorum erant absoluti. Propterea Senatus verecundia motus legem ferri passus est quam plebs auidè recepit quæ tum ob iudiciorum metum potētię patrum multum erat obnoxia. Lex ergo Sempronia hoc habebat vt sexcenti equites trecentis Senatoribus qui tum erant admiscerētur, authore Floro & ita bis tantum virium equites in iudiciis haberent: hęc tamen lex ordinum concordiam non parum turbauit, ciuitatémque bicipitem (vt ait Varro) fecit. Sed Ci. in Consulatu suo vtrunque hunc ordinem sic coniunxit, vt glorietur in epist.

Lex Sēpronia.

epist. ad Atticum ordinum concordiam à se glutinatam lege Sempronia. Equester ordo sine infamia 15. annis iudicauit authore Pediano. Cæterum Quintus Seruilius Cepio anno 15. post mortem Gracchi Senatum in ius illud pristinum restituere conatus est. Quidam existimant non in totum equitibus iudicia ademisse, sed tãtùm hoc egisse vt pares vires in iudiciis Senatores & Equites haberent, de qua lege Cepionis Cic. meminit lib. 1. de Inuent. Post damnatum Cepionem eiusque exitum calamitosissimũ Equitibus iudicia restituta sunt lege Glaucia à C. Seruilio Glaucia lata, qui hac lege, vt Cicero author est in Bruto, sibi plurimum ordinem equestrem deuinxit. Hæc lex illud quoque præcedentibus addidit, vt reus compe-

rendinaretur cum antea iudicari, id est amplius pronunciari posset quæ verba quomodo intelligenda sint, paulò post explicabimus quũ ratione iudicandi in huiusmodi causis attingemus. Hac iudicandi potestate postea vsque adeò immoderatè abusi sunt equites, vt præter cætera ambitiosè & insolenter iudicata etiam P. Antilium iuris scientia celebrem & omni vita innocentissimum integerrimúnique virũ condemnarint. Quo iudicio totius ciuitatis statum conuulsum esse Cic. existimat. Quare non multò post lata est lex Plosia à M. Plosio Sillano Tribuno pleb. Pompeio Strabone & Porcio Catone Coss. Iubebat lex illa, vt singulæ tribus quinos denos suffragio carerent qui eo anno iudicarent: ex quo fiebat vt Senatores

quoque

quoque in eo numero essent & quidam etiam ex plebe. Hanc legẽ consecuta est ciuilis seditio qua leges omnes & iudicia ciuilia tacuisse Cic. scribit: sed Lucius Sylla recuperata Rep. quę multis cõscissa vulneribus remediis acribus opus habebat cum cæteras eius partes tum etiã iudicia constituit. Ipsius ergo lege cautũ est vt potestatem iudiciorum soli Senatores haberẽt equitibus summotis. Cautũ est etiã, ne quis plures quàm tres iudices reiiceret. Eadem lex opsionem dabat reo clam an palàm de se vellet iudicari, id est, voce an per tabellam. Decẽ annis lege Cornelia Senatores iudicauerũt ab reis munera cum turpitudine atque infamia accipientes. Propterea lata est lex Aurelia à M. Aurelio Cotta Prætore, is iudicia Senatoribus equiti-

bus & Tribunis ærariis cõmisit qui & ipsi de corpore Romanorum equitum erãt. Postea Pompeius magnus secundo Cõsulatu legem tulit vt ex amplissimo sensu aliter atque lecti Iudices, eqùè tamen ex illis tribus ordinibus iudicarent. De qua lege Cic. meminit in Pisonem. Idem Pompeius magnus in tertio consulatu legem iudiciariam acrem & vehementem tulit: in qua nihil de ordinibus eorum qui tum iudicabant mutauit. Sed ipsam iudiciorum formam circũcidit. Iubebat enim lex, teste Asconio, vt priusquã causa ageretur testes intra triduũ audirentur: dictæ autem eorum iudices confirmarent, & quarta die adesse omnes in diem posterum iuberẽtur, & coram accusatore & reo pilæ, id est, vasa in quibus iudicum nomina in-

scripta

ſcripta eſſent æquarentur: deinde rurſus poſtero die ſortitio iudicum fieret vnius & ſeptuaginta, qui numerus cum ſorte obtigiſſet ij protinus ſeſſum irent: tum accuſator ad dicẽdum duas horas, reus tres habe ret, eodémque illo die reus indicaretur. Priuſquã autem ſententia ferretur quinos ex ſingulis ordinibus accuſator ac totidem reus reiiceret, ita vt numerus iudicum relinqueretur quinquageſimus vnus. Hæc lex Pompeia, inquit Aſconius, magis recepta eſt, quia Põpeio nemo reſiſtere volebat, quã quòd è Rep. videretur. Ipſi eloquẽtiæ valde perniciosa & exitiabilis fuit, quoniam poſt hanc legem latam omnis pene Oratorũ dignitas collapſa eſt cùm maximorum oratorum facũdia intra tam paucarũ horarum fines eſſet

conclusa. De quo Cic. in Bruto, M. Cælius Trib. pleb. quum in hanc legem inuecheretur Pompeius eò venit vt diceret se si coactus esset Rẽp. armis defensurum. Milonianum iudicium primum hac lege exercitũ est. Ideò Pompeius locum circumpositis armis sepsit ne cuiquam integrum esset contra legem aliquid dicere vel facere. At veteres leges neminem cogebant intra tam paucas horas perorare. Erant enim liberæ comperendi rationes & modum dicẽdi sibi quisque sumebat, & neque dierum neque patronorum numerus cauebatur. Post legem Pompeiam lata est Iulia à C. Iulio Cæsare dictatore. Is iudices ad duo genera redegit Senatorij & Equestris ordinis Tribunos ærarios, qui tertius erat ordo sustulit, vt author est Suetonius

tonius. Multa præterea huius legis capita fuerunt de ipsorum iudicum ætate, dignitate, conditione, forma iudiciorum & similia quæ in veterum Iurisconsultorum libris scripta, à Triboniano aboleta sunt. Post Cæsaris obitũ, Antonius Cos. legẽ iudicariam ferre conatus est, qua in tertiam decuriam (quæ Tribunorum ærariorum fuerat) Centuriones atque allaudas coniicere decreuerat. Ci. in Antoniana 5. de Antonio loquẽs, Antesignatos, inquit & manipulares & allaudas iudices sõ cõstituisse dicebat. (Allauda autem, teste Plinio, vocabulum est Gallicũ datum legioni Romanæ, quæ priùs Galerita dicebatur) Antonius tamẽ priùs hostis indicatus est quàm lex perlata fuerit.

Illæ sunt variæ leges iudiciorum

variis temporibus obſeruatæ in cauſis criminoſorum in quos animaduerſio fiebat hoc modo. Primùm crimina deferebantur ad trium-viros capitales (erāt autem hi tres viri ad hoc conſtituti vt cùm animaduerti in aliquem oporteret, eorum interuentu fieret: cuiuſmodi erant Athenis vndecim viri quos Monophilacas vocarunt qui præterea carceris cuſtodiam habebant & decretum iudicium exequebātur.) Poſtquam ergo iis deleta erant crimina mox ipſi referebant ad Prætorem. Prætor penes quem iudiciorū ſumma poteſtas erat ſortiebatur iudices, id eſt ſortes duci iubebat nominibus iudicum in vrnā miſſis, vt ex pluribus neceſſarius numerus conficeretur. Poſtea permittebat accuſatori & reo ex lectis ſorte iudicibus

Trium viri.

Monophilaces.

bus reiicere quos ſibi putaret iniquos, aut aliqua ratione incommodos fore. Reiectione facta in eorũ locum qui reiecti fuerunt Prætor alios ſortiebatur quoad numerus legitimus impleretur, quæ ſubſortitio vocabatur. Numerus autem legitimus & plenus in iudiciis publicis, quæſtionibúſque erat 70. virorum, vt ex Cic. in Piſonem intelligi poteſt (quod enim ſuperiùs de vno & ſeptuaginta iudicibus dictũ eſt, & de reiiciẽdis donec relinquerentur vnus & 50. id ad legẽ Pompeiã pertinebat.) Prima itaque iudicum delectio dicebatur ſortitio, & cùm reiectorum loco alij iudices ſufficiebantur appellatur ſubſortitio. His peractis iudices in leges iurabant, vt obſtricti religioni iudicarent, cùm omnes iuraſſent præter Prætorem

Eorum nomina libellis continebā-tur & vbique habebantur ne pro selectis iudicibus, vt fit in multitudine aliqui suppositi corruptíque iudicarent. Erat enim in Prætoris officio nomina Iudicum habere & reiectione facta in arca reponere. Fiebat deinde consessus iudicum in foro sub Dio vbi Prætor editiore loco sedebat, qui Tribunal dictus est. Iudices verò in subselliis, id quod pulchrè Ciceroin Vatinium ostendit dum ait, Quis vnquam reus post vrbem conditam in tribunal sui Quæsitoris ascendit, eumque vi disturbauit, subsellia dissipauit, vrnas deleuit, &c. Illic actoris reíque causa peracta iudices sententiā ferebant non vocalem sed tabellarem. Dabā ur enim à Prætore iudicibus duæ tabulæ in quibus sententiam

Locus iudiciorum.

suam

ſuam ſcriberẽt aut enim reum planè abſoluere aut condemnare oportebat. Erántque tabulæ illæ cereæ in quibus iudices notam ſuæ ſentẽtiæ ſcribebant nimirum A. ſi abſoluendus reus eſſet. C. ſi condemnandus: quòd ſi videretur obſcura, nec liqueret quid ſtatui oporteret, ſcribebatur ampliationis nota N.L. qua ſignificabatur non liquere: & propterea cauſam ampliari, id eſt, deferri oportere ídque appellabatur, amplius pronuntiare. Suffragia verò & ſententiæ ponebantur in vrna, id eſt, in ſitella quadam, vel ὑδρίᾳ, in quam etiam nomina coniiciebantur, quum Prætor iudices ſortiretur: qua in re animaduerte tria hæc pronuntiandi genera propinquitatẽ habere videlicet quum pronunciatur oportere diem dif-

Vrna iudiciorũ.

fundi, comperendinari causam & non liquere. Primum illud significat, rem in posterum diem reiici. Secundum in perendinum, id est in tertium diē qui sequitur cras. Tertium ostēdit differendā condemnationem, vel quia coram sistēdi sunt testes: & cum reis cōmittendi, id est confrōtandi (vt vocāt) vel cùm non constaret de crimine aut pœnæ modo. vnde verba illa Comperēdinati rei, Ampliati rei, Diffundere diem, & similia. Ad hæc animaduertendum dies quosdam iudiciales, id est agendis litibus & disceptandis, constitutos fuisse numero 130. quotānis qui Latinè fasti, Græcè κείσιμοι dicti sunt: & hæc hactenus de dignitate prætoria, de iudiciis, de iudiciorum forma, & legibus.

Ampliare, Cōperendinare, Diffundere diem.

De

De Dictatore & magistro equitum.
CAP. VIII.

APud Cic.3.de Legib. fragmenta quædam extant ex legibus 12. tab. de dictatoria maiestate, vbi Dictatorem supremum magistrum fuisse ac magistrum populi vocari constat. Fuit autem hic magistratus primùm creatus in vrbe anno 12. vel vt quidam volunt 9.ab exactis Regibus, cùm 40.Latinorũ vrbes cõtra Romanos cõspirassent, concitante Octauio Manilio Tusculano Tarquinij superbi genero, apud quem tum ipse exulabat. Summa hæc potestas fuit cui licebat in caput ciuis animaduertere neque ab eius sententia vllo modo prouocare, sed cum ditio totius Imperij penes ipsum foret omnia regere & curare cæteris magistratibus or-

Dictatoria potestas qualis.

dinibúſque populi obedientibus. Inſignia habebat regia & lictores 12 duntaxat ſemeſtris erat, neque vnquã creabatur niſi in ſummo Reip. diſcrimine: erat enim in extremo periculo extremũ remedium, videlicet cùm vis aliqua maior repẽte oborta ingentem vrbi cladem minitari videbatur. Primus hanc dignitatẽ aſſecutus eſt T. Largius. Appellatus eſt autẽ Dictator & Dictatura quòd à Coſ. diceretur, id eſt, crearetur noctis ſilentio, vt Liuius author lib. 9. vel quòd aliis omnibus poſſet dictare, id eſt imperare & præcipere. Liuius lib. 2. id ſignificare videtur cũ ait, Creato Dictatore primũ Romę, poſteaquam præferri ſecures cœperunt magnus plebem metus inceſſit vt intẽtiores eſſent ad dicto parendum: neque enim vt in Cõſulibus,

Dictator vnde dictus.

qui

qui pari potestate essent alterius auxiliũ neque prouocatio erat, nequ: vlla vsquã nisi in cura parendi auxilium. Reperiuntur tamen Coss. aliquando prouocationi non edentes supplicio perniciosо ciues affecisse, in quibus Cic. authore Sallust. Lentulum cæterósque coniurationis socios, decreto Senatus per Triumuiros interfecit. Id tum fieri poterat cùm Senatus cõsulta ad hanc formã fiebant. Videant Coss. ne resp. quid detrimẽti capiat. Plutarch. in Fabij vita scripsit Fabium Dictatorẽ designatum à Senatu petiisse vt sibi Dictatori liceret equo vti, non enim antea Dictatori equitare fas fuisse, quod veteri quadam lege id prohibitũ foret: causam fuisse hanc tradit vel quod maiores vires inesse pediti arbitrarentur, propterea que Impe-

Coss. qui contra prouocationem supplicium non intulerunt.

Dictator non equitabat.

ratorē in legione permanere oportere nec locum deserere, vel quoniam ad alia omnia tyrānica magnā que sit potētia magistratus ille, vt in hoc appareret Dictatorem volente populo indigere. Item eodē authore, Dictator omnium magistratuū imperium inhibebat & ad sese trās ferebat præter Tribunos pleb. qui soli Dictatore creato non cessabāt.

Magister equitum

Porrò quoniam magister equitum ad Dictatorē pertinebat, peroppportunū erit hoc quoque loco de eius potestate atque authoritate dicere. Fuit magister equitū talis sub Dictatore quales erāt sub Regibus Tribuni celerū: & postea fuerunt sub Cæsaribus. Præfecti prętorio quemadmodum Dictatori ius summū fuit summū populum, sic magistro equitum in omnes equites & accensos,

Accēsi.

id est,

id eſt, milites in mortuorum locum ſubrogatos: & ſicut ipſe Dictator à Conſule dicebatur: ita ipſe quoque magiſtrũ equitũ dicebat. His adde quæ de horum ac cæterorum magiſtratuũ ordine ſolita ſunt obſeruari potiſſimum in militia & caſtris nẽpe militẽ imperio Cẽturionis, Centurionẽ Tribuni, Tribunũ Legati, Legatũ Cõſulis, magiſtr. equitũ Dictatoris paruiſſe, vt Liu. ſentit li. 8.

De Trib. plebis. CAP. IX.

PLebs cùm imperioſam Patrum arrogantiã ferre non poſſet ab vrbe per ſeditionẽ ſeceſſit: hac ſeceſſione video pleroſque ſcriptores eóſque grauiſſimos falli quòd nonnulli in Auentinum, alij in ſacrum mõtem abiiſſe populũ credant. Sed Liuius facilè docet quidnam de hac ſit ſen-

tiendum, apud quem legimus duas secessiones fuisse: priorem lib. 2. in Auentinum montem anno 17. post fugam Tarquiniorum, in qua secessione impetratum est vt duo Tribuni plebeij crearẽtur qui potestatem haberent & ius aduersus Gos. populi defendẽdi. Sed cum postea potestas huiusmodi fracta & imminuta fuisset à Decem-viris qui prouocationem & alia quædã iura sustulerunt: rursus plebs secessit, vt idem Liuius tradit lib. 3. Ea secessio facta est in sacrum montem quum plebs tribunitiam potestatem repetiit anno post reges exactos sexagesimo authore Ci. lib. 2. de finibus Piso sentit plebẽ nusquam præterquam in Auentinum secessisse, eúmque mõtem sacrum appellatum quòd plebs illic arma non sumpserit. Cæterum

siue

ſiue idẽ fuerit Auentinus, qui mons ſacer, ſiue alius, tamẽ illud cum Liuio tenendum eſt, populũ bis à Patribus ſeceſſiſſe: ſeccesſionis autem cauſa hæc fuit, Plebs potentiorum fœnoribus per nexũ oppreſſa cùm fruſtra ſæpe conqueſta foret apud Patres, qui nimia longáque promiſſionem luſione protraherent: legis ferẽdæ aduerſus fœneratorum nexum. M. Valerius dictator dictus eſt ad ſeditiones populares cõprimendas & ad bellum quod tum ingens imminebat ſuſcipiẽdum. Is cùm intercederet pro plebe vt lex ferretur, viderétque & ſe & plebẽ fruſtrari, magiſtratu ſe abdicauit: vnde plebs indignata & permoleſtè ferẽs quòd tandiu & tam indignè illuderetur à patribus, ab vrbe ſeceſſit, ſed non ſine patrum ingẽti trepidatione, qui

vrbem robore militum omnino ex hauſtã periclitari, ſi qua vis belli irreperet, apertè cognoſcerẽt. Itaque decẽ legati eliguntur ad plebẽ reuocandã, quorũ primus Meuenius Agrippa vir ſummæ authoritatis & plebi chariſſimus, qui ipſam patrib. conciliauit graui vſus oratione in qua apologũ de cõſpiratione membrorum cõtra ventrem induxit. Deliniuit vſque adeò plebis animos vt concitatos & irritatos ſedarit & in concordiam reduxerit, ea tamen lege, vt plebeij magiſtratus in vrbe eſſent. Priori ſeceſſione duo, poſteriore quinque, quibus poſteà adiecti ſunt alij quinque, vt decem omnino fuerint tribuni plebis: ſic appellati, authore Feſto, quod in tres partes diuiſus eſſet pop. vel à Tribuum (à quibus creabantur) ſuffragio lecti

ſunt

ſunt 4. Idus Decēbr. & in loco vbi plebs caſtra poſuerat, erecta eſt ſtatua Ioui ſoluēti metum. Fuit autem poteſtas tribunitia ad hoc cōſtituta vt huiuſmodi authoritate plebs defenſionē ac patrocinium aduerſus Cōſulum & potentiorum iniquos conatus inueniret. Vale. Maxi. li. 2. cap. de Inſtit. antiquis, tantam huius magiſtratus authoritatē fuiſſe ſcribit vt nihil ratum haberetur quod Senatus decreuiſſet niſi Tribuni ipſi approbaſſent. Itaque quū curiam ingredi ipſis non liceret ante Valuas poſitis ſubſelliis decreta patrū attentiſſima cura examinabāt, vt ſiqui ex his improbaſſent, rata eſſe non ſinerēt: propterea veteribus Senatuſcōſ. T. litera ſubſcribi ſolebat, qua nota ſignificabatur Tribunos quoque cē ſuiſſe: quorum autem authoritas ac

ius fuit approbandi Senatuſcõſulti, eorum fuit & intercedendi, id eſt, vt loquimur ſe opponẽdi, ne ratum haberetur Senatus decretum. Plutarch. in Problem: ſcribit moribus Romanis fuiſſe conſtitutum, vt Tribunorum ædes nocte non claderentur: ſed interdiu noctúque indigenti cuique eorũ auxilio paterent quaſi portus quidã & preſidium periclitantium: Maiores enim cõmunem Tribunũ eſſe voluerunt & tãquã arã omnibus acceſſibilẽ: itaque tantum honoris habitum eſt Tribunis, vt ſiquis hunc magiſtratum violaſſet, id ſcelus inexpiabile foret, capitalíque ſupplicio coërcendũ: propterea ſacroſanctus magiſtratus dictus eſt, & illius poteſtas ſacroſancta, id eſt intacta, ab omníque iniuria tuta & quam nemo ſine capitali

piaculo

piaculo attingere violenter poterat. Decreta Tribunorum plebis huiusmodi fuerunt vt vnius Tribuni intercessione cæteris consentientibus tolli possent. His adde neminem, nisi plebeius foret, Tribunum plebis creari potuisse. Id quod vel ex eo potissimum constat quod P. Clodius Patricius ac Senator, Fonteio adolescenti qui plebeius erat se contra ius adoptandum præbuit vt ei Tribuno-plebis esse liceret, idque in Ciceronis odium, vt ipsum vlciscereturur & maiore licentia vexaret. De numero & authoritate Tribunorum-plebis hæ leges extant ex legibus duodecim tabulis, apud Ciceronem tertio de Legibus. Plebes quos pro se contra vim auxilij ergo decem creassit, Tribuni eius sunto quódque hi prohibessint

quódque plebem rogaſſint ratum eſto, ſanctíque ſunto, néve plebem Tribunis orbam relinquito.

De Cenſoribus. CAP. X.

Cẽſores unde dicti.

CEnſores autore Feſto, dicti ſunt quod rem ſuã tanti quiſque ſolitus ſit æſtimare quantùm illi cenſuerint. Varro lib. de lng. Lat. Cenſorem ideò dictũ putat quod ad illius cenſionẽ, id eſt, arbitrium pop. cenſeretur, Liu. 1. decad. li. 4. ab agẽdo populi cẽſu nomen hoc originẽ habere ſcribit de Cenſorũ numero, de poteſtate atque authoritate, de tempore gerendi huius magiſtratus. Cic. 3. de Legib. hæc ex legibus duodecim tabul. commemorat:

Cẽſoris poteſtas

Cenſores populi æuitates ſuboles, familias, pecuniáſque cenſento.

Vrbis templa, vias, aquas, ærariũ vecti-

vectigalia tuentor, populique partes in tribus distribuunto.

Exin pecunias æuitatis ordines partiunto.

Equitũ peditũq; prolẽ describũto.

Cœlibes esse prohibento.

Mores populi regunto.

Probrum in Senatu ne relinquũto.

Bini sunto.

Magistratũ quinquenniũ habento.

Reliqui Magistratus annui sunto, eaque potestas semper esto.

Censorum numerus.

Censura quinquẽnalis.

Ex quibus verbis videmus Censores non de cẽsu modo, neque de rebus ciuium vel singulorũ vel ad remp. pertinentium agitasse: sed in singulis etiam ciuium ordinibus in singulos ciues ius animaduersionis habuisse. Propterea Asco. in diuina. Cic. regendis moribus ciuitatis, scribit Censores quinto quoque anno

creari, ſolere & ciues ſic notare vt qui Senator eſſet, Senatu mouere-tur, qui eques Rom. Equũ publicũ perderet, qui plebeius in Ceritum tabulas referretur & ærarius fieret, (eſt autẽ in tabulis Ceritum referri idẽ quod eſſe ſine lege & ſine vllo ſuffragio. Cerites enim populi à Romanis victi cõditionem hãc ſubire coacti ſunt, vt nunquã leges ederẽt, nec leges haberẽt, id quod ignominioſum valde fuit.) Plebeius ergo ſic affectus à Cẽſoribus ex albo ſuæ Centuriæ eximebatur vt iã ciuis nõ eſſet, verum pro capite ſuo tributi nomine æra penderet: poterãt præterea Cenſores ordinib. notas ignominiæ inurere vt teſtatur Liu. li. 20. Patrum, inquit, memoria inſtitutũ fertur vt Cenſores motis à Senatu aſcriberent notas, id verò cùm ſæpe

Animaduerſio cẽſoria in mores.

Cerites.

ac

leues ob causas fieret locum in prouerbio, Censoria grauitas & seueritas obtinuit, siquidem exactã & plus nimio accuratam diligentiam Censores in personarum ac rerum censionibus adhibere plerumque solebant, quarum rerum exempla sunt apud Gell. & alios authores plurima quale fuit Equitis illius qui pinguis & obesus strigosum equum habebat: is propterea quòd Censori parum reuerenter respondisset, quærenti cur tã pinguis & cõptus esset, equum verò haberet macillentum & squallore obsitum, quoniam, inquiens, me ipsum pasco, at equum Statius seruus non impunè euasit. Item corpulentos multos vnguentóque nitidos equis adẽptis Cẽsores exercitu sæpe dimiserũt. Altius osci tãtem in suo auditorio, nota igno-

Cẽsoria seueritas.

miniæ affecerunt: & alios plerosque quos in Censoriæ maiestatis cõspectu ridiculosè, vel leuiter loqui deprehẽderunt. In rerum animaduersionibus hæc perhibentur extitisse accuratæ diligentię, siquis agrũ passus fuisset sordescere quẽ indiligenter curauerat, neque arauerat, neque purgauerat. Item siquis vineã suã arborémve habuerat derelictui opus cẽsorium erat. In summa Censoribus notã apponere licuit etiã nõ accusatis, & siquid vnus è Cẽsorib. statuisset æquè ratũ habebatur atq; si vterque cẽsuisset, nisi alter disertè intercessisset vel liberasset notatũ. Hoc verò ius censoriæ potestatis 400. ann. permãsit in Rep. vt Cic. in Pison. testis est donec P. Clodius legem tulit qua hæc potestas fuit imminuta: videlicet ne quem Cẽsores

Cẽsoria potestas imminuta.

in Se-

in Senatu legendo præterirẽt, néve qua ignominia afficerent nisi apud ipsos accusatus, & vtriusque Cẽsoris iudicio cõdemnatus esset, superiùs cap. de Senator. dictum fuit Cẽsoris opus fuisse, Senatores allegere & principẽ Senatus describere, quibus adde hoc negotium datum ne in fœnore modus excederetur. Creati sunt primùm ex patribus: sed postea indifferenter ex omni ordine, quòd si eorũ alter moreretur, nefas erat in demortui locum sufficere alium. Sed qui superstes erat abdicare se magistratu cogebatur vt duo Censores ex integro crearẽtur. Huius instituti causa fuit quod quo anno Galli Romã ceperunt, altero ex Cẽsoribus mortuo, alter in mortui locũ fuerit substitutus. Itaque ominosum id fuit & pro lege ne id am-

Cẽsores ex quo ordine creati.

pliùs fieret obſeruatum eſt. Creari ſolebāt quinto quoque anno & de moribus pop.Rom.iudicare,nec ſolùm improbos Senatu mouere: ſed etiam Senatus principem eligere, & cætera quæ ad ſuum magiſtratum pertinebant obire,ſacrificiis fa-
Luſtrū. ctis de ſue, oue, & tauro vnde Luſtrum dictum eſt, id eſt, purgatio vrbis vt Liuius teſtatur lib.2.his verbis: Omnes centuriæ & equites in campum Martium cōuocati ſue, oue,& tauro cæſis immolarūt, quod Luſtrum eſt dictum, ſicque à ſacrificio illo cenſus obtinuit nomen Luſtri:dictū eſt propterea luſtrū à luendo, id eſt, purgādo ſeu abſtergēdo: hæc verò ſacra taurilia vocabantur Cæterum quia luſtrabatur ciuitas quinto quoque anno,factum eſt vt luſtrum quinquennale ſpatiū ſignificet,

ficet, dictum, authore Varrone, à luendo, id est, soluendo: quoniam in quinque annos olim prędia locari solebāt & quinto quoque anno vectigalia tributáque exigebātur. Lustrū ergo à Latinis vocatur quod à Græcis Olympias, id est quinquennium: ita tamē vt quadriennio exacto quinto quoque anno ineūte Lustrum peractū esse intelligatur. Censores peracto magistratu suo in tabulis publicis acta Cēsoria describebant quæ in æde Nympharū seruabātur, vnde Ci. pro Mil. de Clodio loquens, cùm inquit, qui ædē Nympharum incendit vt memoriā publicam recensionis tabulis publicis impressam aboleret.

Lustrū à luēdo.

Olympias.

Acta Cēsoria

De AEdilibus. CAP. XI.

ÆDiles ab ædibus sacris & priuatis quarum curā gerebant

Aediles vnde dicti.

dicti ſunt. Is magiſtratus non ad ædes tantũ, ſed ad alia etiã Reip. munera pertinebat vt Cic. teſtatur his verbis actione 7. in Verrem. Nunc ſum deſignatus ædilis, habeo rationem quid à pop. Ro. acceperim. mihi ludos ſanctiſs. maxima cum ceremonia Cereri, Libero, Liberæque, faciendos: mihi Florã matrem pop. plebíque Ro. ludorum celebritate placãdã. Mihi ludos antiquiſſimos, qui primi Romani ſunt nominati maxima cum dignitate ac religione Ioui, Iunoni, Mineruæque eſſe faciẽdos. Mihi ſacrarum ædium procurationem. Mihi totam vrbem tuendã eſſe cõmiſſam, ob earũ rerum laborem, & ſolicitudinem fructus illos datos antiquiorẽ in Senatu ſententiæ dicendæ locum, togã, prætextã, ſellã curulem, ius, imagines, ad memoriam

Aedilium munus.

Aedilium honos.

moriã posteritatémque prodẽdam. Ex quibus verbis satis apparet ædilitij muneris fuisse ludos sacros, & solennes instituere ac procurare. Sacrarum ædium & priuatarũ curam gerere. Reliqua munera vt faciliùs intelligãtur, considerãdum est ædilium duo genera fuisse, nẽpe Patricios & plebeios. Plebeij primũ creati sunt postquã pop. è sacro monte rediit. Impetrauit enim à Patrib. vt sibi liceret alios magistratus creare qui Tribunis ministri essent. Ædes sacras & priuatas curarent, & annonæ præessent. Cæterũ aliquãto pòst tẽpore, vt Liu. li. 6. scribit, cùm à diutina ira in cõcordiã redactis ordinibus Senatus eam dig-ã esse cẽseret vt ludi maximi fierent & dies vnus ad triduũ adiiceretur, recusantibus id munus Ædilib. pleb. cõclamatũ.

Duo ædilium genera.

eſt à patriciis iuuenibus, ſe id honoris deorũ immortalium cauſa libenter acturos vt Ædiles fierẽt, quibus cùm ab vniuerſis actę gratię eſſent, factum Senatuſc. eſt, vt duos viros ædiles ex patribus dictator pop. rogaret. Duo itaque patricij ædiles creati ſunt: id quod factũ eſſe Liu. li. 7. ſcribit, quo anno prætoria dignitas inſtituta. Hæc verò maior ædilitas à Plutarcho dicta eſt. Cùm enim ſuperiores Ædiles plebeij vocarẽtur, hi Aediles curules, idque à curru, quoniam ſella curuli vtebantur ſedentes ſolio eburneo, purpura, & regiis inſignibus ornati. Neque ſolùm erat a dilium ludos procurare, ſed etiã prouidere qua de cauſa, & quibus in ſpectaculis fierent locúm que cuilibet ordini in ſpectaculis aſſignare. Illud etiam munus fuit, vt

Aedilitas maior.

Curules

Aedilũ inſigna

ædilis

ædilis quisque sua impensa & sumptibus, ludos pro modo patrimonij ac dignitatis suæ celebrandos procuraret, vt ex Ci.2. Offic. intelligi potest quo in loco dicit vitādā esse suspicionē auaritiæ. Multi enim vt ludorū sumptū vitarent, ędilitatē non petebāt. Mamerco, inquit, homini ditissimo, prætermissio ædilitatis cōsulatus, repulsam attulit. propterea idē Cic. dicit Muræna, qui ædilis nō non fuerat, ludos in prætura fecisse vt à se suspicionē auaritiæ remouisset, & sibi pop. Ro. beneuolentiā ac studium cōciliaret. Sic enim solebāt facere qui ad maiores honores, & magistratus aspirabāt vt priùs ædilitatem peterent. Fuit enim ædilitas primus gerēdorum magistratuum gradus ad quem magistratum præterea spectabat, legū, plebiscitorum

Gradus ad maiores Magistratus.

& Senatusconſ. curam habere, quæ primũ in ædẽ Cereris ad ipſos Aedi les deleta ſunt: poſtea verò ad ærarium tranſlata pertinebat etiã cura Faſtorum, annonæ, cloacharum pu blic. aquæ ductuum, & cæterorum ædificiorum, vt lauta, munda, integráque & expedita aſſeruarentur. ædilium quoque officiũ fuit cauſas & lites redhibitonum dirimere. i. in quibus agebatur de rei corruptæ vi tio quam quis aut vendiderit, aut cõmutauerit: quicquid enim vitio- ſum pro ſyncero, aut fractum pro integro, væniſſet, ædilitio edicto redhiberi ſolebat: vnde apud Iuriſc. tit. eſt inſcriptio de ædil. edict. V te- bantur & ipſi in iure dicundo ſellis incuruos pedes habentibus. Cic. 3. Legibus, hæc ex legib. 12. tabul. de hoc magiſtratu ſcripſit:

Redhibitionũ cauſæ.

Sunto

Sunto ædiles curatores vrbis, annonæ, ludorum ſolennium: ollíſque ad honoris amplioris gradum is primus aſſenſus eſto.

De Trib. militum. CAP. XII.

TRibuni nomen vnde dictũ explicuimus cap. de Trib. plebis, nimirum à Tribubus, quarum ſuffragio creabatur, tamen Vegetius cùm rationẽ habet militiæ Trib. militum dictos putat à tribuendo, quòd militibus iura redderẽt. Aſcon. duo genera Trib. militũ fuiſſe ſcribit: quidam, inquit, Rufuli dicti à Rutilio Rufo, qui de eorum iure legem tulit: poſtea tamen literæ mutatione Rutuli appellati ſunt, vt author eſt Feſtus. hi in exercitu creari ſolebãt, & curã habere militum vt eſſent veſte nudati: armis bene muniti vſu &

Tribuni vnde dicti.

Tribunorum duo genera.

Rutuli.

disciplina militari eruditi. Item ad Tribunos pertinebat milites in castris continere: ad exercitationem producere: vigilias circumire: rei frumẽtariæ præesse: querelas cõmilitonũ audire: valetudinarios inspicere: denique castrensia omnia dare, & obseruare: cuius generis Gallia suos Marescallos habet. Alij dicũtur Comitiati, qui Romæ comitiis designabantur, quales fuerunt ij qui Reip. cum potestate Consulari præfuere, nam in summa Patrum, ac plebis discordia, plebe vt ex suo quoque corpore Coss. crearẽtur postulante res eò tandẽ deducta est, vt rogatione Camilli Trib. militum, qui pro Cõsulibus essent, tã ex plebe quàm ex patribus promiscuè creari patres sinerent, & de Coss. nihil immutaretur. Tres ergo Trib. militũ potesta-

Comitiati tribuni.

Trib. mil. numerus.

te

te cõsulari creati sunt: deinde vario numero sunt constituti. Pomp.l.2. ff.de orig.iur.testatur interdum 20. aliquãdo plures, vel pauciores. Plebs igitur eo contenta fuit quod eius ratio haberi videretur: tunc ergo primùm ventum est à Coss. ad Tribunos militũ cum potestate consulari siquidem penes illos potestas eadẽ fuit, quæ penes Coss. nomina tantũ variata vt ratio plebis haberetur.

Trib. mili. cũ potestate consulari.

De Trib. ærariis. CAP. XIII.

ÆRarium non locum modò in quo publica pecunia recondebatur, sed ipsã quoque pecuniam significat publicã, quod sanctius ærarium ab antiquis, id est, intactũ dictum est: quãdo ex eo nihil promi liceret nisi propter publicas necessitates. Huius ærarij causa Tribuni & Quæstores sunt instituti,

Aerarium.

quorum.ſ.Quæſtor.diuerſa genera cap. ſeq. declarabimus illud tamen non ſatis conſtat,an alij fuerint Tribuni ærarij,quã Quæſt. vrbani,quorum officiis diuerſa nomina ſunt attributa quẽadmodum Prætoribus qui & ipſi Quęſtores dicti ſunt ſicut expoſuimus cap.de Prætorib. & ca. ſeq.ſumus explicaturi,vtcunque ſit Trib. ærarij munus,Aſco.autore illud fuit, vt Quæſtor. in prouinciis proficiſcẽtibus pecuniam ex ærario prõptã adnumeraret quale munus hodie apud Gallos obeunt qui receptores generales appellantur,quam poſtea militibus perſoluãt ipſi.Sunt autẽ Tribu. ærarij dicti ab attributa pecunia.Attributũ enim appellarũt pecuniã aſſignatã militiæ cauſa à militib.à Quæſt.diſtribuẽdã. Diximus ſuprà cap. de Prætorib.tales Tribunos

Trib.ærariimunus.

Trib.ærarii vnde dicti.

nos lege Aurelia cum Senatorib. & equitib. iudicādi potestatē & ius habuisse. Nūc vt ad Quæstores tutiùs accedamus, non erit inutile de Ærario nōnihil disserere ex his quæ apud idoneos authores hac de re inueniūtur. Aerarium igitur, quæ pecunia publica est, seruabatur in æde Saturni, vt Plutarc. scribit, vnà cum tabulis publicis quia fama est tēpore Saturni nec furta, nec auaritiam nec improbitatem vsquam in hominibus fuisse. ædem hanc propterea ærarium & tabularium appellatam. Illuc deferebatur quicquid cogebatur publicæ pecuniæ, cuius tria genera fuerunt, vt inquit Asconius, Canō, Oblatio & Indictio. Canon est quod domaniū Galli vocāt, qualia sunt vectigalia, portoria, & similia. Oblatio est, quę auxilia vocātur:

Aerarii custodia, in æde Saturnia.

Triage nera publicæ pecuniæ.

Canon quid.

cuiusmodi est octaua vini heminatim venditi, aut 20. pars eius quod cuppatim vęnit, & reliquarum mercium quæ à solidariis negotiatoribus (qui grossarij dicũtur.) Item quæ à minutariis & vẽditatoribus sua minutatim vendentibus persoluũtur.

Indictio quid. Indictio est, quam taleam vocamus: antiqui collationem vocabant. Cic. collectam nominat. Erat & quartũ genus pecuniæ ad Aerariũ deferendæ, nẽpe ærariorum, id est, eorũ quibus indicta erat propter aliquod scelus mulcta. Ab his pensationũ generibus dicti sunt diuersi generis Coactores, id est, vt vocant receptores. Sunt enim coactores canonarij, coactores oblationales, Indictionales & ærarij. i. Receptores domanij, receptores auctionũ, talearum, & emendarũ. Porrò deferebatur à coactoribus

Coactores.

ctoribus pecunia ad Tribunos ærarij qualiter apud Gallos receptores particulares generalibus reddere solent. Nunc ad Quæst. transeamus.

De Quæstoribus. CAP. XIIII.

QVæstoris appellatio apud antiquos latissimè patebat, & non ærarij solùm curã gerentibus: sed causas criminũ inquirentibus & iudicia exercentibus conueniebat. Cõsiderandũ ergo Quæstorum varia genera fuisse, quædã comitãdæ rei militaris gratia cũ Coss. & Prætoribus mittebantur ad rem pecuniariam administrandã vt prędam & manubias in tabulas publicas referrent, sortiebantúrque prouinciã cum Prætoribus cõmunem. Propterea magna interesse necessitudo semper credebatur Quęstori

Quæstorũ genera varia.

Quæstores belli

cum ſuo Imperatore. Quòd ſocius etiam eſſet ei in cõmuni bellorũ diſcrimine & periculo. Id quod Cic. docet act.1.in Verr.his verbis: Sic à maioribus noſtris accepimus Prætorẽ Quæſtori ſuo parẽtis loco eſſe oportere: nullã neque grauiorẽ neq; iuſtiorẽ cauſã neceſſitudinis poſſe reperiri quàm cõiunctionẽ ſortis, q̃ prouinciæ, quàm officij, quã publicam muneris ſocietatẽ. Huiuſmodi Quæſt. propter negotiũ bellicũ creati ſunt: id: ò Quæſtores belli dicti: lis porrò creandis origo fuit vetuſtiſſima & pene ante magiſtratus. Nã & Romul. ipſe & Numa Põpil. perhibẽtur binos Quæſtores habuiſſe nõ ſua autoritate ſed populi ſuffragio. Habuiſſe etiã quæſt. Tull. Hoſtiliũ cõſtat: qui ob pecuniã publ. cui quę rẽdæ præficiebãtur appellationem

ſortiti

ſortiti ſunt. Cic. teſtatur Quæſtores huiuſmodi ſuæ dignitatis inſignia habuiſſe, ſcilicet Lictores & veſtem quæſt. Alij ſunt Quæſt. vrbani qui Aerarij curã gerebant, eiúſque acceptas & expenſas pecunias in tabulas referebant. Tantæ fuerunt authoritatis vt Imperatores redeũtes ab expeditione nõ priùs triumphũ adipiſcerẽtur, quàm apud ipſos iurarent verè ſcriptum fuiſſe ad Senatum de hoſtium occiſorum & ciuium amiſſorum numero. Liu. lib. 7. ſcribit ab his Quæſtorib. ſigna ex ærario promi ſolere Coſs. aut aliis Imp. ad bellum exeuntibus, & Tranquil. in Nerone, Quæſtorij muneris ait fuiſſe principum ſeu Imper. epiſt. ad Senatũ miſſas in Senatu recitare. Fertur Iunius Brutus primus Conſul duos Quæſtores creaſſe qui rẽ militarem

Quæſt. inſignia.

Quæſt. vrbani & eorũ munus.

curarẽt: ſed vt Quæſtores belli fuere, deinde duos addidiſſe rebus vrbanis prę fectos. Cæterũ quum prouincię ſtipẽdiariæ fierẽt duplicatus eſt numerus: denique poſt legẽ Syllæ creati ſunt 20. Hi Quæſtores vrbani fuere qui quum ærariorum quoque, id eſt, eorũ quibus indicta fuerat mulcta, pecuniam in tabulas & accepti rationem referrent. Quæſtores etiã ærarij vocabantur neque enim ſatis cõſtat an vrbani Quæſtores & ærarij varij ac diſtĩcti, niſi ſola appellatione fuerĩt: tamẽ cõſtat multa & varia munera ipſos obiiſſe pro quibus hodie Gallia noſtra, inquit Budæus, habet Præfectos ratiociniorum, id eſt, magiſtros compatorũ & receptores mulctarum diuiſa & diſtincta munera: nam apud Romanos ratio longè alia fuit ærarij admi

Quæſtorũ numerus.

ſtrandi

ſtrādi, propterea quòd pecunia publ. vno in loco recōderetur, vt dictū eſt cap. ſuperiore, quā Trib. ærarij quum opus erat promebant, quos ante diximus non ſatis conſtare an alij quàm Quæſt. vrbani forent, an verò idē ſed appellatione diuerſa: placet tamē non nullis fuiſſe diuerſos & Quæſt. accepti & expēſi rationē in tabulas referre: Tribunos verò pecuniā ipſam attrectare & cū opus erat expromere. Fortaſſe tutius fuerit ſentire iiſdē perſonis diuerſa munera cōceſſa, diuerſas appellationes peperiſſe. Alij ſūt Quæſtores qui & quęſitores appellabātur à quærēdo, propterea quòd de criminibus inquirerēt & de his iudiciū exercerēt, ſedētes pro Tribunali: iudicibus autē in ſubſelliis exiſtentibus. Hi erant idē qui Prętores vrbani de quibus abūdè multa ſupra diximus cùm

Quæſtores criminum

de Prætoribus ageremus.

De Proconsulibus. CAP. XV.

procoss. qui. PRocōsules dicti sunt, qui vice Consulum in prouinciis cum potestate Cōsulari præerāt: cœpit hæc potestas primū in vrbe creari cū res Romanæ bello cum æquis infeliciter gesto male cederent maximo terrore vrbi illato. Tunc enim Cos. qui in vrbe remāserat Procōsulē creauit qui auxiliū obsesso collegæ ferret. Is magistratus in-

procoss insignia signia Consulū habebat, sed sex tantū lictores neque iurisdictione propria, sed duntaxat delegata vtebatur. Cæterū prorogatis imperij finib. cū bellorū administrandorū cura maior habēda videretur, cōstitum fuit vt quo

Excoss. quiq; anno Coss. fuissent, sequēti Pro

procoss. coss. remanerēt & prouincias cum imperio sortirētur, iurisdictione propria

procoss potestas iis cōcessa: non poterāt autē sua potestate

ſtate, niſi in ſua prouincia vti, poterãt tamẽ extra prouinciã ac paſſim ea procurare ac peragere quę ad voluntariã (vt aiunt) iuriſdictionẽ pertinẽt. i. iudicij cõtentionẽ nullam habent qualia ſunt, ſeruos manu mittere, ſi quis volet apud ipſos manumitti, filios adoptare, & ſimilia. Quæ controuerſa & cõtentioſa erãt intra prouĩci limites cõtinebantur. Eſt apud Iuriſc. lib. 1. ff. tit. inſcrip. de off. Procõſ. & legati, vbi leges iubẽt Proconſulẽ à rerũ emptionibus præterquã quæ ad victũ quotidianũ pertinẽt, abſtinere. Vetãt præterea dona capere, pręter obſonia quę dã ſeruata: tamẽ in accipiendo modeſtia, vt quod in prouerbio Græco eſt,

ὅτε πάντα, ὅτε πάντοτε, ὅτε παρὰ πάντων.

nec omnia, nec paſſim, nec ab omnibus accipiãt, nã inhumanũ eſt à nemine accipere, paſſim viliſſimũ, omnia

auariſſimum. Nefas his fuit grauiores cauſas & quæ diligentiore quadã animaduerſione indigerent ſummatim pertractare & definire. Leuiores autẽ poterãt liberos vt parẽtib. & patronis parerent ſummaria animaduerſione cogere & qui non parerent fuſtiũ caſtigatione abſque iudicio & fori ſtrepitu coërcere. Non habentibus aduocatũ ob aduerſarij potentiã vltro exhibere. Iiſdem legib. traditur Procoſs. merũ imperiũ (vt vocant). i. gladij ius & poteſtatẽ in facinoroſos habuiſſe. Quę fuerint Procõſulis partes in prouincia, & quomodo is præclarè ſe gerere debeat. Cic. ampliſſimẽ docet lib. 1. Epiſt. ad Qu. fratrem.

De Legato Proconſulis.

CAP. XVI.

QVãquam hoc loco potiſſimum ſpectamus ac inquirimus poteſtatem

ſtatem Legatorum quos ſibi Procoſs. in prouinciis conſtituebant: tamen non erit incommodum & alia quoq; genera Legatorũ quibus Reſp. vteba tur, declarare. Diuidimus itaque Legatos plurimũ in duo genera: quidã enim fuerunt gratia rerũ priuatarum quorũ legatio libera dicta eſt, quæ olim impetrabatur à Senatu tantũ ornamenti cauſa, vt honorarii magiſtratus à principibus honeſtamenti cauſa cõceduntur & titulo tenus obeũtur & gerũtur. Huiuſmodi autẽ legatio ab his Senatoribus impetrabatur quibus negotia futura erãt in prouinciis vt qui hæreditates perſequi, vel legata, aut qui nomina exigere volebant in prouinciis Legatorum perſonis acceptis commendabiliores controuerſias haberent atque fauorabiliores. Id quod tamen lex 12. tabul. vetabat his

Legatorũ genera.

Legatio libera.

verbis: Rei ſuæ ergo ne quis Legatus eſto. Propterea Ci. 5. de Legi. teſtatur in cõſulatu ſuo tales ſe legationes approbante frequẽtiſſimo Senatu (licet ad Senatus vtilitatẽ pertinere viderẽtur) extincturũ fuiſſe niſi interceſſiſſet Liuius trib. pleb. feciſſe tamẽ cùm eſſent antea infinitæ & perpetuæ vt annuæ fierẽt atque ita turpitudo maneret (vt ait) diuturnitate ſublata, fuerunt nihilominus interdum in quinquenniũ ſublatæ. Cic. cauſam ſui cõſilij in extinguẽdis huiuſmodi legationibus aperit eod. lib. & in Orat. de lege Agraria & cõtra Rullũ, nẽpe quod huiuſmodi legati nomine imperij quod etiã in leui perſona pertimeſcitur, abuterẽtur, quod præterea turpe eſſet legatũ ſine mandatis mittere & ſine Reip. munere. Ad hoc genus legationis pertinet legatio Votiua quæ

voti

voti soluendi causa impetrabatur. Alij fuerãt Legati non ad res priuatas, sed ad Reip. munus obeundum & gerẽdum cõstituti, atque eorũ quidem libera mandata habebant vt suo arbitrio agerent & cõstituerent publico nomine de his rebus quæ aliter decerni & constitui quàm re pręsenti non poterãt. Alij sunt legati qui cum tali potestate nõ mittebantur, sed omniũ regum, prouinciarũ, exterarúmve gẽtiũ postulata integra ad Senatũ vel referebant, vel postulantes reiiciebant. Eligebantur autẽ à Senatu, cùm eorũ necessarius esset vsus vt ex lege Manilia & in Vatinium intelligi potest. Porrò Imperatores ad bellũ proficiscentes, Legatos postulabãt qui ipsorũ vice fungerẽtur, Locum tenentes vocant, quos Senatus si cõmodum videretur mittdoẽs decernebat. Hi erant

Legati publici.

Legati belli.

legati belli, præerãtque exercitui ſub Conſ. Inter id genus legatos. i. eos qui publico nomine cõſtituebãtur, erant Procõſ. legati, quos ob rerũ gerẽdarũ multitudinẽ Procoſs. ſibi cõſtituere vt vicarios ad molẽ rerũ prouincialiũ ſuſtinendã. Hi nõ ſubſtituebãtur do nec Procoſs. in prouinciã venirẽt nec ſua autoritate, ſed mãdata vtebantur in iure dicundo & ſiquid his occurre ret quod maiorem diligentiam expo ſtularet, id ad Procoſs. remittendũ erat. Ius nullũ habebãt animaduertẽdi in caput cuiuſquã, nec atrociter verberandi, id. n. Procõſ. erat. Tamen ſi cõtigiſſet Procõſ. abeſſe à prouincia, tũ Legatis cõmittebãtur quæ animad uerſionẽ poſtulabãt: his adde Legato rũ cõditionẽ apud veteres ſanctã fuiſſe, vt nefas fuerit Legatorũ aliquẽ iniuria afficere. De his ſermo eſt apud

Legatorũ poteſtas ſub procoſs.

Iuriſc.

Iurisc. 1.li.ff.ti.de off.Proc. & Legati.

De Decemuiris legum authoribus.

CAP. XVII.

L Iuius li.3. scribit an.300.altero quã Roma cõdita erat, iterum mutatã formã à Coss.ad Decemuiros, velut à Regibus ad Coss.fuisse. Trãslatio, inquit, imperij minus insignis, quia nõ diuturna mutatio fuit: lęta enim principia magistratus huius nimis luxuriauere: mutationis huius causa fuit, plebe quotidianis seditionibus insurgẽte: tũ ob creandos de suo corpore magistratus, tum ob ferẽdam legem de soluendo à nexibus fœneratorum, sæpe etiam de cõnubio, vt inire liceret cum patribus, & interdũ ob ferendã legem Agrariã, diuina & humana omnia miscẽte. Placuit pop. nequis inuidiæ locus esset externas leges in vrbem inducere. Propterea mittuntur

Decemvirorũ creandorum causa.

Legati Athenas missi.

Athenas tres legati qui leges inclytas Solonis scriberēt & iura & mores aliarum ciuitatū perdiscerēt. Anno tertio, vbi recessere reuertūtur, legésque scriptas referunt pro quibus cēsendis & promulgandis Decemuiri creātur quibus summa potestas datur vt nec ab his prouocare liceat & his gubernētibus reliqui omnes magistratus in ciuitate cedāt & aboleātur. Penes singulos ordine vt sors ferebat certis diebus lictores erant quoad vsque numerū impleuissent. Eodē ergo anno decem tabulas edunt, potestatem inspiciēdi omnibus faciunt. Edicunt vt omnes secū agitent, & siquid emēdari, suppleri, minuíve opus esse censeant omniū sentētias æquo animo se esse audituros. Postquā id satis emendatū apparuit, leges 10. tab. scriptas, comitiis centuriatis proferunt, & simul se

magi-

magiſtratu abdicant. Tum verò rumore increbreſcẽte, 2.tab.additis, ius Rom.abſolutum & perfectũ fore comitiis iterum habitis, alij Decemuiri creati ſunt, in quib. App.Clodius cui comitia habere mãdatũ fuerat, ſe contra ius fáſq; decẽuirũ creat. His ergo comitiis decẽuiri creati qui cõſtituẽdæ ciuitatis prætextu per ſpẽ ac libidinẽ dominãdi, oía conturbarunt Idib. Maij, quo die iniere magiſtratũ cum duodenis ſingulis facibus forũ cõpleuere: interpretabãtur enim non pertinere ad rem vt ſecures demerẽtur quando ſine prouocatione creati eſſent. Itaque inſtar 10.Regũ primo cõſpectu præeſſe viſi ſunt & incredibile eſt quãtum ea res vrbi terrorem iniecerit: nec tamen falſus fuit hic timor. Primùm enim abſtinentes à Patribus cœperũt in humiliores crudelitatem

Vis decemuirorum.

libidinēq; exercere, hominū nō causarū toti erāt, vt apud quos gratia vim æqui boni haberet iudicia domi contrahebāt, pronūciabāt in foro si quis collegā vocasset: sic discedebat ab eo vt 1. edicto nō stetisse pœniteret. Opinio fuit fœdus inter eos ictū & iureiurādo cōfirmatū, ne comitia haberent perpetuóq; suū seruarēt & retinerēt Imp. Iā maior anni pars ꝓcesserat & 2. tabu. ad 10. adiectæ fuerāt nec quicquā supererat nisi centurias comitiis perferrētur, sed res protracta est dū laberetur annus, nec vlla comitiorū habita mētio. Ideò plebs obstrepere & amissā libertatē cōqueri. Illi verò nihilo mitiores facti hac petulantia abutebantur. Porrò hos strepitus vrbanos bellū à Sabinis & Æquis nuntiatū intercipit, cōtra quos Decēuiri habito delectu c nexercitu prodeùt. Vbi dū

bellum

bellũ geritur incerto euẽtu Ap. Clodius vnus è Decẽuiris in vrbe ad res gerẽdas remãsit. Is cùm amore cuiusdã puellæ deflagraret, consiliũ capit illius stuprãdæ: Erat autẽ filia virginij plebij qui tũ in castris erat, & Ilicio viro tribunitio despõsata, quã cùm Appius prece & pretio tentasset frustra pellicere tandẽ animũ ad superbiã & crudelitatẽ conuerti. M. Clodio cliẽti negotiũ dat, vt corã se pro tribunali sedẽte puellã in seruitutẽ asserat, ꝓmittẽs se omnes cæteros reiecturũ qui in libertatẽ ipsã asserere conarẽtur, opportunitatẽ nactus huius sceleris minister trãseũti per forũ puellæ manus iniicit seruã suã, & serua natã appellãs ac sequi se iubet cũctantẽ vi abstrahere videbatur, sed ad nutricis quæ tum forte aderat simul & puellæ clamorẽ multitudinis factus est cõcursus. Tũ

Clodius ait nil opus esse tumultu: se enim iure hoc facere si non crederēt ad tribunal sequerentur. Ventū ergo ad tribunal, petitor affirmat puellam domi suæ natā, in domo virginij abstractam & pro filia ipsius suppositā: contra aduocati puellæ intercedunt, aiunt patrē Reip. causa abesse iniquū de liberis eius qui abest Reip. causa peragi. Ilicius sponsus & Munitorius auus puellæ superuenientes & multa vociferātes acriter & intrepidè, iussu Ap. Clodij per lictorē sūmoti sunt. Ilicius tamē constāter restitit multitudinēq; cōmouit. App. propter tumultū vades de virgine postero die in iudiciū sistēda dari iussit. Interim pater vocatus in vrbē venit & prima luce sordidatus filiā obsoleta veste cū aliquot matronis secū in forū ducit, forū lamētatione & querelis implet. Idem

dẽ facit ſpõſus idẽ puella & matronæ. Appius tamẽ obſtinato animo tribunal aſcẽdit vindiciáſq; ſecũdũ ſeruitutẽ deccernit. i. indiat ſeruã habẽdam donec aliter appareat. Ex hoc edicto M. Clodius ibat ad virginẽ cõprehendẽdã cum pater intẽtaret in Appiũ manus. Ilicio ait, nõ tibi filiã meã deſpõſaui ad nuptias, non ad ſtuprũ educaui, ſed ſi quid ſum in te inuectus acrius parce quæſo patrio dolori, ſinas ergo me corã virgine nutricẽ percõtari an falſò pater ſim, vt re cõperta æquiore hinc animo recedam. Seductã ergo filiam percontandi prætextu è tabernaculo Lauij cultro interemit. Rei indignitate omnes commoti cõcurrunt. Appius vt vitæ in tanto tumultu cõſuleret obuoluto capite effugit. Plebs inde occaſione nacta libertatis recuperandæ, armis arreptis,

Audax facinus Appij Clodii.

duce virginio in Auentinũ consedit. Spõsus puellæ in castris milites concitat qui Trib. militum 10. cõstitutis in vrbẽ redeunt & reliquo se exercitui coniungunt. Tantis motibus perculsi Decemviri Senatũ frequentem haberi iubent, rogant edicere quid vtile sit Reip. sese committunt Senatorũ fidei à quibus castigãtur oratione acerbissima 10. Tarquinij appellati. Tandem legati cõstituuntur qui ad res componẽdas mittuntur ad populum. Obtinuerunt vt impune omnia gesta sint, sed tamen ea lege vt Trib. plebis restituerentur & vt consueuerãt rediretur ad Cos. Sic Decemviri abdicantur magistratu & ad pristinam formam reditur gubernandæ Reip. Totum tempus decemuiralis imperiti fuit circiter 3. annorum.

Decemviri abrogati expulsi.

FINIS.

DE MAGI-STRATIBVS ATHENIENSIUM liber, ad intelligendam non solum Græcorum, sed & Romanorum politiam, ac omnem ueterum historiam, lectu utilissimus, postremò iam recognitus, & amplius tertia parte auctus.

GVLIELMO POSTELLO
Barentonio authore.

Accessit locuples rerum & uerborum memorabilium Index.

BASILEAE.

GVLIELMVS POSTELLVS MATHEMATVM *& peregrinarum linguarum regius interpres Gulielmo Poyeto Galliæ Cancellario S. P. D.*

VLTIS nominibus ſum adductus, Cancellarie æquiſsime, ut hanc tenuitatis ingenioli fœturam, qua (ut parentibus prole) nil mihi in hac uita charius, nil dulcius eſſe poteſt, tibi dicarem. Primò, ut in amicitia hoc paruo quidem, ſed magno labore cõpoſito & collecto opere, me tibi reſpondere oſtenderem, qui ſingulari beneuolẽtia me incogitantem fouere cœperis: ut quum authoris curã ſuſceperis, etiam eius in literis diligentiæ teſtimonium habeas. Alterum eſt, ne ingrati animi notam, qua nil turpius, nil ab humanitate alienius eſſe debet, deſi

dia,atque tuorum in me meritorum silentio subirem. Tertium, ut meum de Magistratibus opus, meo nomine parum fultum,authoritateq; destitutum, eum adiret patronum, quo nec authoritate maior, nec prudentia rerumq; cognitione ac usu assiduo superior, magistratuum uerò creandorum emendandorúm ue nullus peritior, in ipsis autem uiros optimos idoneosq; deligendo nullus esset exactior:cuius auspicijs & in publicum prodiret, & authoris tenuitatem sarcire atq; compensare posset. E diuerso uerò dicare tibi iampridem illæ occupationes uetuerãt, quib. tantũ non obrueris.In te enim quũ totius Gallicę reipub molem incumbere atq; quiescere uiderẽ,à te æqui boniq; fontem expeti, dimanare, leges per te conseruari,instaurari,uigere,mille libellos tibi legendos,probandos, & (ut sic dicam)cãcellandos, causas innumeras audiendas,te iudicijs præscribere,te unum afflictis succurrere,& (ut semel finiam

niam) quecunque ad æquitatem inter mortales conseruandam faciunt, te administrare cernerẽ: profectò uehementer terrebar, atq; apud me res eiusmodi perpendens dicebam: Quî poterit superesse tuis legendis tempus? oleum et operam perdis: ne inspicere quidẽ licebit: delituisse præstiterit. Verùm in hoc animi fluctu uicit timorem benemerẽdi ardor: statuiq; potius dum ea quæ ab officio meo non abhorrent, persequor, minus opportunè me ingerere, quàm quiescendo tibi animum in te meum nõn significare. Animi non parum ad eam rem fecerat Budæus, quo, quandiu uixit, nunquam in hoc summo honorum quo es insignitus cumulo participando carere potuisti: cuius mortis acerbitatem, ut es lachrymis copiosissimis ac continuo mœrore testatus, ita maximum illius nomine fauorem eius liberis, patre quidem dignis, exhibes, locoq; patris es. Auxit et Lazarus Bayfius, uir quidem certè omni bo

harum doctrinarum cognitione, atq; utraq; literatura apprimè ornatus, cuius eam ob rem assiduo conuictu & literatis colloquijs quotidie uteris. Id sua sit Chrysoreus noster, cuius in literis magnas animi dotes præmio digno ornandas censuisti, curastiq;. Nolo hîc attingere (quod me potissimum incitare debebat) quot præclara ingenia euexeris, & contrà quot fucata, fauoreq; atq; ambitione nixa, ueluti reip. incommoda ab usu fori & iudiciorum repuleris. Taceo quàm honorificè de doctis omnibus & probis sentias, loquare: quòd noctes totas, quum interdiu nõ liceat, memoriam illam, qua nec Simonides nec Mithridates fuit superior, in omni disciplinarum genere ita exerceas, ut facilè ipsarum professores uincas, inq; admirationem trahas. Me uerò uehementer permouere debebat illa tua solicitudo, qua in nostris salarijs nobis repræsentandis, quum aulam ea de re sectarer, usum te sciunt omnes. Debebat

præterea (nisi te aliò urgentiores curæ raperẽt quotidie) studium illud tuum crebraq; apud regem commemoratio de trilingui Collegio, cõmuni Regiæ liberalitatis atq; in literas animi testimonio, & regiorum professorum nomine, ædificando, deq; prouentu & salario rege digno constituendo. Quum etiam uiderem, rem literariam, unicum futuræ uirtutis seminarium, abs te ueluti â suo fonte pendere, promanareq; ab ea quam de te cõcepit spe, non tamen me confirmabant ista omnia, nisi Gabriel Bouerius Andium pontifex tibi ex sorore nepos, in cuius clientelam etiam me adscriptũ uoluisti, me penè continuis conuitijs omnino egisset diuersum: cui sanè ut obsequar, præter amicitiam & illius singularis uirtus & integritas facit. Mei itaq; Magistratus tuum adeunt patrocinium. Meos enim cur etiam non appellem, qui iam totos mille annos ipsis Græcis peculiari opere desiderati, Latinis nunquam

uisi, à me unà & instaurationem & nascendi habent principium? Satis porrò sum habiturus, meq; maximum operæ precium fecisse credam. si nostra uel semel abs te lecta tui grauissimi acerrimiq; iudicij censuram accipient, inq; tutelam tuam recipientur, atq; clientuli animum de te bene merendi cupidum tibi significabunt. Vale.

IN LIBRVM DE MAGISTRA-tibus Atheniensium Præfatio.

Præcipua antiquorũ omnium quicunque de rebus humanis præclarè aliquid commentari aut tractare uoluerunt, sententia cõsuetudoq; fuit, ut antiquitatem ob oculos sibi tanquam exemplar proponerent: meritò sanè rati ea ratione maiorem diuturnitatem suis adferre operibus. Constat enim nimis crebro experimento, sine magna illa cum hominũ, tum rerumpublicarum disciplina, institutione & exemplo, ita infeliciter uersatos fuisse in suis tractationibus, qui antiquitatis contempsere placita, ut qui in tenebris ea conati sunt opera exequi, quæ lucis potissimum adminiculo absoluuntur. Vnde egregij rerum humanarum authores & instauratores, ut secula semper proficere ostenderent, ea quæ paucis & simplicissimè dicta, scripta, factaue à maioribus erant, uoluerunt aut laudando probandoq; extollere, aut addendo amplificare, aut quadam adiuncta diligentia magis illustrare & absoluere. Quum enim una origine olim producti, aut ab illuuionum conflagrationumue periculo seruati homines essent: necesse fuit post iustum in primùm habitatis locis acceptum incrementum, eamq; hominum multitudinem il-

lic natam, cui regio illa natalecq; solum alendæ impar esset: illam inquam multitudinem in uarias traduci colonias: idq; diu post suæ originis tempora. Sic uerò dispersos homines sensim ita adoleuisse, ut congressu mutuo, & astutia (quæ ab asty, id est ciuitate, dicta est) cultioris uitæ usum paulatim reciperent, credi par est: quum iam scilicet illorum uix nomine fama'ue noti maiores, conuersationis assiduitate uitam induerant docuerantq; humaniorem. Conuersationem enim & crebrum hominum concursum, omne uel ferocissimum hominũ genus reddere mansuetius, nemo facilè negauerit, cui recta adsit ratio. Nam quis dubitet quin eadem ratione loquela, artes, ipsaq; comparatu difficillima uirtus, demum rerum omnium uerisimilitudo (quum uerum ipsum in occulto mortalibus lateat) summa indagine sensim inter mortales adoleuerit, eo modo quo perpetuò sibi constantis naturæ opera solent lentius consurgere? Porrò ubi aliquid incrementi in quodam solo acceperit, iam illam transplantari contingit, atque ita ad exteros, uel commercio tantum familiares, rerum assiduo usu ab his passim ad alios transeunte, migrare certum est. Quis enim non credat opus fuisse ad leges condendas, & uirtutem ob oculos reuera ponendam longissimo tempore, quum illam ipsam uitij loco haberi apud multos certum sit, ut contrà uitium illius loco substitui, etiam pas-

sim

ſim uulgare? quum præcipuè uideat inſolitorũ facinorum authores, artium inſtrumentorumq; inuentores paſsim celebrari, & mortalium numero eximi, quòd ſcilicet in uita uel artis appendicem reperiſſent. Inde deorum & falſæ perſuaſionis orta colluuies. Maximè itaq; patet ſecula ſemper proficere (niſi uis prouidentiæ nobis contra humanum iudicium utiliſsima, bello, fame, peſte, aut inſolita ruina antiquitatem totam literis & hominum memoriæ commendatam deleat, & ſuperſtites principia quædã humilia agere doceat) inq; dies humanæ cognitioni quicquã addi. Quibus rationibus adductus Plato, emendandarum legum ſummũ remediũ ſcriptum reliquit, ſi uidelicet omnibus ſeculis (quibus uel præſtantiſſimas mortalium corrũpi, hominũq; fraude & uerſutia inuerti certum eſt) omnium aut ſaltem præſtantiſſimarum rerumpublicarũ leges moresq; in unum conferrentur, ac una uirtute duce & arbitra per prudentes uiros ex ſingulis ſumeretur quod ad mutuam omnium emendationem faceret, unumq; corpus morbo uacãs componeretur: id ea ſententia iudicans, quod probandum ſuſceperam. Res enim eo magis eſt uegeta, quo altius egit radices. Vt igitur illa imitatione etiam ego aliqua in re prodeſſe reipub. coner, uolui è priſcorum monumentis erutam præſtantiſsimam rerumpublicarum imaginem Atheniensium politiam in manus hominum da

re: cuius

re: cuius & si exacta cõparatio cum nostra propter diuersam monarchiæ & democratiæ administrationem fieri non poterit, spero tamen futurum ut hinc aliquod remedium ad eius emendationem desumere possit. Atq; non tantum leges Atheniensiũ à Romanis expetitas fuisse me ostẽsurum spero, sed & diuisionis populi, & magistratuum exempla inde sumpta clarissimis argumentis me demonstraturum confido. Quia uerò exemplis res humanæ, ut sentit Plato, aut conseruantur, aut instaurantur: non tantum comparatione rerum nostrarum sum usus, uerum Romanę, quandoq; Venetæ, nõ raro Turcicæ, quas ipsis in locis diligentissimè perspectas habui, cõparationes adducere uisum est: alioquin Turcicã diligenter lingua Gallica conscriptam, Francisco Valesio Galliarum regi præstantissimo, & Margaretæ illius sorori dicaui duobus libris: in quorum primò quę ad religionis persuasionem et ceremonias atttinẽt, adq; iurisdictionem: in secundo, de Magistratibus & regio censu ad minima usque tractaui. Romanam & Venetam non pauci scriptam reliquere. Hæc nostra si minus absolutè tractata prodierit, nemo æquus alieni laboris æstimator mirabitur, quũ ire per extentum huiusmodi funem primus tẽtauerim, remq; deperditã penè ab inferis reuocauerim. Adductus porrò sum in hãc tractationem, librorum quos de ea inter cæteras respublicas scripserat Aristo-

teles

teles, desyderio, quum nil eius operis præter crebras apud uarios authores citationes extare iam ante mille annos cõperi. Vnde nõ ex ipso authore præter pauca, sed ex Demosthene, Æschine, Isocrate, Libanio, Vlpiano Demosthenis interprete, Polybio, Plutarcho, Harpocratione, & eius notæ authoribus, uisum est Latinis potius malè latinè tradere, quàm tanta mea diligenia fraudare cui sum natus remp. unica minus tersæ dictionis compositæ'ue orationis opinione. Per me igitur præstantissimam reipub. speciem, operis præstantissimi instaurationem, accipient literarum Græcarum candidati, quibus ista scribimus: ex qua non paruam lucem accessuram eius linguæ difficultati spero. Nullum enim antiquitatis monumentum potest exactè cognoscere, qui reip. administrationis partes non cognouerit. Sed de populo dicere aggredior.

DE POPVLI DIVISIONE.

Caput I.

Theniense, qui & αὐτόχθονες, id est indigenæ, nuncupari altius referendæ originis gratia gaudebant, tribus distinctos fuisse nominibus, scriptum non pauci reliquerunt. Inter illos enim erant εὐπατρίδαι, γεωμόροι, δημιοργοι. Primò nobilitas, ut Romæ patricij, appellari uolebat. Geomori erant rustici, ita dicti, quòd illis iampridem pars aliqua agri Attici ad colendum cessisset. Artifices, qui artes mechanicas & mercimonia in urbe exercebãt, tertio uocabulo uocari solebant. Significabat & Demiurgi uox, præter sellularios, & eos qui uilioribus artibus uictum sibi parabant, etiam id munus quod Romani Publicanum uocant. Ii qui erãt aut ætate aut honoribus maiores, inter cæteros dicebantur demogerõtes, quasi Senatores, quibus à popularibus præcipuè summa deferebatur authoritas. Primum alioqui nomen αὐτοχθόνων, non populi fundi aut ciuitate donati fuit, sed illorum quorum maiores communi omnium consensu tantum Athenis uixisse, nec aliunde originem traxisse assererentur. Ambitionis itaque illius gratia

δημο-

ἀκμοποίητοι uocabantur populi fundi. Qui autem ex tribus unius parte tertia (quæ quot essent, statim aperiam) ὁμογαλακτοί, id est (si uerbum licebit fingere) collactanei dicti sunt. Suprema literarum memoria illa nomina seruauere, donec sibi factionum nomina, unde pestis deterrima & rerumpub. & populariũ oritur, sibi fecere, quo tempore adhuc ἐφετῶν magistratuum à Dracone primo Athenis legislatore institutorum oligarchia regebantur. Erant uerò hæc nomina, πεδιαῖοι, διάκριοι, πάραλοι, ἑκτημόριοι. Illi ut solidiores in reipub. opibus fauebant oligarchiæ, paucorum uidelicet potentiæ: diacrij popularem flagitabant administrationem, iniquo animo potentiores in Republica primas partes obtinere ferentes. parali pro rerum fluctu modò huic modò alteri factionis parti studentes, sibi & alijs uiam ad libertatem impeditam reddebant. Interim omnis iniuriæ fluctus in miseros hectemorios redundabat. Erant enim ita appellati tenuiori fortuna homines, quòd potentiorum tyrannidi sextam suarum rerum partem quotannis pendere cogerentur. Fiebat itaque (quod semper in simili rerum statu euenit) ut summum ius summa esset iniuria (ut in parte corporis malè affecta solent aut uitiosi aut nimij humores incumbendo dolorem augere) in miserorum ciuium & fauoribus destitutorum caput procumbens. Vt autem

tem cognosci possit, & uelut ob oculos poni populus Atheniensis: ut præterea constet quàm uigili cura, quamq; acri magistratuum ingenio ad illum in officio retinendum opus fuerit, uisum est illius ingenium ex Polybij libro sexto depingere. Fuit (ait) populus Atheniensis perpetuò nauibus nauarcho destitutis similis. Quum enim in ipsis aut propter hostium terrorem, aut hyemis sæuitiam, animi affectus classiarijs imperauerit, esse animo simul concordi, atq; parêre nauarcho, tunc fit ab ipsis nautis officium diligentissimè: sin quadam securitate semel inceperint duces contemnere, ac inuicem mouere seditiones (ob id scilicet quòd sunt diuersa omnes sententia) tunc his adhuc nauigare cupientibus, illis portum petere gubernatorem cogentibus, deformis quædam rerum facies intuentibus apparet ob seditionem & litem inter illos obortam, his scilicet rudentes ac uela contrahere, illis è diuerso laxare uolentibus: socijs uerò & nauigationis consortibus ingens imminet periculum. Vnde non rarò ubi magnas pelagi procellas atque hyemes sæuissimas effugêre, in ipso portu impingunt, atq; adeò prope ipsam terram naufragium faciunt. Quod sanè iam sæpius reipub. Atheniensium contigit. Superatis enim maximis grauissimisq; periculis, quum propter populi, tum propter magistratuum ducumq; uirtutem,

in

in facillimis, nulliq; aduersæ fortunæ rebus obnoxijs temere est periclitata. Quamobrem de hac amplius dicere non licet, in qua, turba rerũ summam habet, quodam irrationabili impetu illo animi libidine conducto & instructo, isto ardore & uehementia impulso. Hactenus ille. Qui res illorum aliquando perspexerit, appositam admodum comparationem Polybium scripsisse uidebit. Verùm ad motus factiosorum reprimendos est redeundum. Illi certè ob tam diuersas partes & sententias non poterant aliter quàm monarchia, aut uno capite, quod tam disparia regeret membra, componi. Omnium ergo consensu, & præcipuè popularium, ob uitæ insignem integritatem, quodq; grauationi populari nunquam consensisset, Solon est ad hoc munus delectus: quam prouinciam periculi plenam, ancipitisq; exitus, homo integerrimus suscipere his uerbis renuit. εἰ δὲ γῆς ἐφεισάμην πατρίδος, τυραννίδος δὲ καὶ βίης ἀμείλιχον οὐ καθηψάμην, μιάνας καὶ καταισχύνας κλέος οὐδὲν αἰδοῦμαι, πλέον γὰρ ὧδε νικήσειν δοκέω πάντας ἀνθρώποις. Si patriæ peperci, nec tyrannidem aut implacabilẽ uiolentiã in me recepi, quæ gloriam meam commaculare aut dedecus adferre poterant, nil uereor: sic enim (quod me unum uicerim) uideor uniuersos homines uincere. hæc Plutarchus. Quum uerò rideretur à multis quòd illam renuisset dignitatem, quam pleriq; fauore, precibus,

atq; amplißimis muneribus ambirent, ſubiunxit:

ἐκ ἐφυ σόλων βαθύφρων οὐδὲ βουλείης ἀνήρ.
ἐσθλὰ γὰρ θεοῦ διδόντος, αὐτὸς οὐκ ἐδέξατο.
περιβαλὼν δ' ἄγραν ἀγασθείς, οὐκ ἔσπασε μέγα δίκτυον.
θυμοῦ δ' ἁμαρτῶν καὶ φρενῶν ἀποσφαλείς.

Non eſt Solon magna prudentia aut conſilio homo: bona enim deus quum dediſſet, is non accepit: intuensq́;, & prædam miratus, non traxit ampla præda refertum rete, animi & mētis inops. Quanuis tamen monarchiam recuſarit, noluit deſperatæ pleneq́; deploratæ reipub. deeſſe: uerùm qua arte ualebat plurimùm, conſilio prudentiaq́; illam leuauit, primumq́; σεισάχθειαν, id eſt oneris, quo tenuiores à potentioribus premebantur, excußionem excogitauit. Vox illa ἐκ τοῦ σείειν τὸ ἄχθος, id eſt ab excutiendo onere dicta eſt. Per eam æs alienum à pauperibus ad oppignerata uſq; ſeruituti corpora factū, diſſolutum eſt. Sanxit uerò ne liceret ulli ob uſuras ius in corpus habere. Multi credūt illam σεισάχθειαν fuiſſe debitorum omnium reciſionem. unde illi quibúscum legem illam antequàm promulgaretur cōmunicaſſet, dicti ſunt χρεωκοπίδαι, id eſt æris alieni reciſores, quod maximum fecerant à quo de lege ſancienda audiuerant. Habuere uerò id nominis, quòd nulli amplius feciſſent, quodq́; in legis & creditorum fraudem. Volunt alij, ut tenuiori fortuna homines poſſent ære alieno liberari, auxiſſe per ſi-

ſachthian

sachthian pecuniæ percussæ precium: ut quod antè septuaginta drachmis mutabatur, idem centum minis postea æstimaretur: & secundum uetustam rationem persoluerent. At neutra ratio uidetur per se sine altera tolerabilis fuisset enim χρεωκοπία, id est alieni æris recisio, creditoribus tam ingrata, quam grata & optanda pauperibus: unde illud non extinguere, sed alere incendium fuisset. Incrementum uerò minarum adiectarum non potuisset satis esse tenuioribus ad persoluendam. Unde utrunque unà instituisse credi par est, ut diuitibus crescere quod à pauperibus recuperare per legem non poterant. Ipse uero primùm ut legem à se incipere cæteris legislatoribus ostēderet, de suo sex talenta auri, quæ quadragintaquinque millia aureorum nostratium proximè reddunt, remisit. Sub ipso autem rerum innouandarum tempore (solet enim omnis mutatio uel utilissima ægrè admitti) lex lata non statim placuit (diuites enim secum iniquè actum contendebant: pauperes Attici agri more Laconico expectabant) tempore tamen procedente, & perspecta pace ex sanctione comparata, usq; adeò omnium est iudicio probata, ut sacra instituerēt sisachthiæ nomine. Paulatim ergo compositis rebus, cauendum more medici optimi statuit, ne rursus in eandem calamitatem incideret, compositis singulis pro cuiusq; dignitate membris. Primùm itaq; populi cen-

ſum æſtimandum duxit, ut quiſq; pro ſuarum facultatum modo (ſi adeſſet uitæ innocentia) dignitatem in rep. aſſequi poſſet, nulla habita plebeij aut patricij ratione: id tamen præcauendo, ne ulli potentiorũ qui tunc in magiſtratu eſſent, inuito ſe abdicare liceret. Facilè itaq; hoc tẽperamento ſummos imis coniunxit, & ediuerſò. nec enim antea licebat plebeio magiſtratum adminiſtrare. Quatuor ergo ex cenſus ratione, populi partes fecit, πεντακοσιομεδίμνους, ἱππεῖς uel τριακοσιομεδίμνους, ζευγίτας & θῆτας. Modijs quingentis cenſebantur primæ dignitatis. Modium uerò de ſolo in quo poßis modium ſerere, dici Varro his uerbis ait, Iugerũ, quod quadratos duos actus habet. Actus quadratus, qui & latus eſt pedes 120, longus totidẽ: is modius & mina latinè dicitur. Medimna Cicero uocare ſolet, quorum in quolibet ſeri ut menſura Pariſiorum ſex modij ſolent. Is erat primus cenſus. hi erant poſt ſenatorij ordinis uiros primo in honore. Patricij autem ſolebant in ἐφετῶν ὀλιγαρχίαν eligi antequàm Ariopagiticus ſenatus à Solone inſtitueretur. Munus pentacoſiomedimnorum erat, quum urgebat neceßitas, aliquid reipublicæ conferre pro rerum uſu: quos ſtatim ſequebantur eodem in munere ſecundi, trecentis cenſi modijs, dicti ἱππεῖς, quòd & equos domi per facultates alere poſſent, & tempore belli ἱππάδα perſoluere, id eſt quantum homini

&

& equo in annum alendo sat esset. Bini idem ζευγίται, quasi dicas mutuò iuncti, quia per facultates unus non poterat, præstare solebant. unus itaq; illorum censebatur circiter 150 medimnis. Aristoteles in Solonis institutis, quæ in Politicorum libris describit, horum non meminit. Opificum, cerdonum, proletariorumq; loco erant θῆται, nec aliud reip. pendebant quàm nummulum, qui ab illis θητικὸν uocabatur. Fuisse uerò loco proletariorum, uocis arguit ratio. Nam θύειν prisci pro ποιεῖν, id est faciẽdam, dicebant: unde παιδοποιεῖται, id est prolis pro creatores sunt dicti. θητῶν alioqui significatio, mercenariorum nomen est. Nullum ius illis assequendi magistratus erat, quandiu census tenuitas eos in infimo contineret ordine. Hoc itaq; pacto Solon constitutis ueluti in certamine ad quos singuli contenderent finibus, morbo laborantem remp. reddidit sanam. Vt enim natura sapientißima magistra, quum uidet aliquid à se compositum ita uehementer omnes intendere neruos, ut loco felicitatis & boni, ad quod omnia tẽdunt, sibi infelicitatem suopte ingenio comparet, aut illud idem partium simul agentium inæqualitate sese conficere: sapientissima inquam traducit aut rem aut rei partem uitio intentam ad aliquod institutum ubi relicta prisca contentione adolescat finem consequendo propositum: sic sapienti legum instauratori est faciendum:

qua potißimùm industria usus est Solon. Vt uerò probandarũ legũ fieret maior potestas, imponens & patricijs & plebeijs, illis, dum pollicetur tabularum stabilitatem, his Attici agri ex æquo (ut dixi) diuisionem, omnium consensu, antequàm rogaretur lex, probata, utrisq; imposuit: quod suo maximo bono esse cum omnes cognouissent, usque adeò gratam habuere, ut sacrorum memoria illam consecrarent immortalitati. quibus cõpositis, ubi omnia ex animi sententia euenisse uidit, protulit hæc carmina:

Δήμῳ μὲν γὰρ ἔδωκα τόσον κράτος ὅσσον ἐπαρκεῖ,
Τιμῆς οὔτ' ἀφελῶν οὔτ' ἐπορεξάμενος.
Οἱ δ' εἶχον δύναμιν καὶ χρήμασιν ἦσαν ἀγητοί,
Καὶ τοῖς ἐφρασάμην μηδὲν ἀεικὲς ἔχειν.
ἔστω δ' ἀμφιβαλὼν κρατερὸν σάκος ἀμφοτέροισι
Νικᾶν δ' οὐκ εἴασ' οὐδετέρους ἀδίκως.

Nunc populo quantum satis est, permissa potestas,
Detractus nulli est, est ue negatus honos.
Viribus atq; opibus qui nomina clara ferebant,
Hos uetui & tenues quæ minus æqua pati.
Me obijciens scuti in morem, quod seruet utrosq;:
Neutra permisi uincere parte nephas.

De

DE TRIBVBVS, ET ALIIS populi partibus. Cap. II.

REstituta populo pace, nobis de tribubus dicendum altius repetita origine uidetur. Solent ferè omnes populi, nationes, urbesq́; (ut inquit Liuius) suas cõsecrare origines, à claris scilicet hominibus, aut ab illis quos rudis & rerum ignara uetustas, mundiq́; adolescentia in deorũ reposuit numerum, nomina sibi imponentes. ita alij Iouem (cuius uocabulũ ex ueteris testamenti uocabulo יהוה factum ab ethnicis est) Martem alij, Mercurium, Pallada, Vulcanum, & huiusmodi portentosa deorum uitio nobilium monstra, ad maiorem uirtutis & antiquitatis opinionem, suarum urbium aut gentis authores, protectores, instauratores uendicant. Athenienses ergo quum non uiderentur sibi satis una ἀθήνᾳ id est Pallade nobiles, uarijs etiam sui populi partibus, quas tribus dicunt, nomina ab eponymis dedere. Erant uerò ἐπώνυμοι, heroes, primi scilicet illi quos suprema hominum memoria nouerat, qui uirtutis ergô statuas Athenis habebant, habuerántue in eo Athenarum loco qui non longè à buleuterio quingentorum uirorum erat: ut illis statuis tam uirtutis per memoriam præmium illis referri cognosceretur, quàm incitarẽtur omnes his exemplis ad uirtutem. Primùm itaq; fuere quatuor tribus.

Vna à Cecrope prisco (nam si Pausaniæ credimus, fuêre duo) dicta Cecropis est: altera αὐτόχθων, id est indigena, peculiari gentis uocabulo. Tertiam Actæus ἀκταίαν dixit. Quartæ à maris uicinia nomẽ fuit παραλία. quib. uocibus antiquatis, Cranaus quatuor diuersas indidit, Cranain à se, Atthida, Diacrin & Mesogæan. Altera uocabulo gentis, Diacris à summo loco urbis (sunt enim Athenæ in colle sitæ) Mesogæa à media parte uocata est. Vt autem mater adulterium tegeret, Iouem patrem habuisse creditus est Erichthonius: qui ut patri falsò credito gratiam referre simularet, abrogatis his, à dijs uocabula imposuit quatuor. Διάλα itaq; primam à Ioue dixit, alteram ἀθηναιάλα à Minerua, sequentem ἡφαιστιάλα à Vulcano illic summopere coli solito nominauit. quartæ à Neptuno ποσειδωνίας nomen fuit. Inde unaquaq; harum in tres partes (quas ita tribus à tribus, non à tribuendo, ut putant, dictas nouimus) diuisa, numerus ad XII peruenit. Nomen græcum est, etymi argumento. τριττῦς enim uocant ἀπὸ τ τριῶν, id est à tribus, ut Latini primùm etiam à ternaria populi partitione in Tatiẽsem, Lucerem, & Rhamnensem facta. Hæ duodecim partes tertiæ durauere ad tempora usq; Alcmæonis 660 annis aut circiter. Iste oraculi Apollinis responso, X tribus à principibus qui ante illum regnauerant maiori fama, nominauit. Cecropis à Cecrope,

Erechtheis

Erechtheis ab Erechtheo dicta, Ægeis, Pandionis, Acamanthis, Leontis, Oeneis, Hippothoontis, Antiochis, Æantis: quibus adiectæ sunt Antigonias & Demetrias, ut XII numerum cõplerent: quæ ipsæ singulæ (ut pridem quatuor) in tres partes diuisæ reddebant sex & triginta tribuum numerum: quas Romani una minus sunt imitati. Vnde patet non tantùm legũ, sed & diuisionis populi Attici exemplo usos fuisse. Ista quàm magni sint momenti, in rebus reipub. Atticæ perpendendis postea uidebitur. A quibus porrò principibus, tribus nomina sumpsissent, illi XII eponymi dicebantur, quos nescio an uocet XII Athenienſium deos Herodotus in Erato, quoniam idem author quum aliquot nomina illorum ibidẽ adscripsisset, in Euterpe ait XII deos primùm in Ægypto cultos, indeq; in Atticam portatos, habuisse Pisis aram communem, quæ δώδεκα θεῶν βῶμος, id est XII deorum ara uocabatur. Reges uerò deos uocari, quòd aut regnarẽt quadã æquitate, aut aliquando regnauissent, mihi præter copiosam amplissimamq; tam græcæ quàm barbaræ historiæ fidem author est primò Politicorũ Aristoteles. Vnde & deos et reges potuisse uocari constat, & illos XXIIII deos fuisse, XII Ægypto aduectos, totidemq; Atticæ reges. Pausanias in Atticis, ubi de Eponymis dicit se adferre sententiam Herodoti de illis, tamen lõgè diuersis nominibus et

ſumma ab illo id facit. Pauciores enim duodecim ad fert, ijſq; Attalum, Ptolemæum, atq; Hadrianum, cuius tempore ſcribebat, addit. uſq; adeò gloriæ ardor, et populariũ blandimenta ualebant, ualentq;, ubi in aliquam opinionis partem procubuit ambitio. Sed de Eponymo magiſtratu ſuo loco. Cognito populo, illiusq; partibus explicatis, nunc ad magiſtratum narrationem eſt ueniendum.

QVOMODO ELIGERENTVR magiſtratus Athenis. Cap. III.

TRiplex fuit eligendorum magiſtratuum ratio: ſors, populare ſuffragium, ſtemmatum claritas. Primam rationem græci κλῆρον, alteram χειροτονίαν, id eſt manuum extenſionem (quæ in ſublime à populo dum aliquem probaret, fieri ſolebat) tertiam αἵρεσιν uocant, id eſt electionem. Sorte ſortitóue deligebantur in eo loco quem Græci eam rem κληρωτήριον dicunt, quicunq; iudicandi fungerentur officio: quo modo dux & ſinguli ferè magiſtratus Venetorum eligi ſolent. Illam uerò rationem ampliſſimè ſuo loco tradam. Senatus ille qui Athenis ita eligebatur, ἡ βουλὴ τῶν πεντακοσίων, id eſt conſilium 500 uirorum dici ſolebat. Populari ſuffragio duces, tribuni militum, rei bellicæ & maritimæ præfecti ſuo munere fungebantur. Quibus ſuũ munus concedebat propter opes & nobilitatem electio, illi erant χορηγοί, id eſt Choragi in ludis ſacris

et sacrificijs: quo in munere liberalitatem summam exercebant, impensas proprio ære & facultatibus suppeditantes. Hi erant numero X. quo in honore se fuisse Demosthenes in oratione aduersus Mediã ostendit. His tribus generibus omnia reipubl. uincula constare abunde patet. Ab iniurijs enim domesticis, uicinorum, exterorumq;, ius dicẽdo iudices defendunt, fines conseruat & auget miles, religio expiat animos. Nunc quo se ordine singulæ dignitates offerent, eas describam, ab Ariopagitis exordium ducendo.

DE ARIOPAGITARVM SENATU. Cap. IIII.

ET literarum omnium memoria, & sua æquitate seueritateq; longe celeberrimus est habitus senatus Ariopagiticus, quem Graij τὸν ἐν ἀρείῳ πάγῳ τῶν ἀρεοπαγιτῶν βουλὴν appellant. Vt maximo honore erat, ita numero ciuium non paruo quamuis incerto constabat. Incertus numerus inde procedebat, quòd ex nouem Thesmothetis, de quibus suo loco, solerent in eum ordinem annuo magistratu statim defuncti, reddita totius anteactæ uitæ apud Logistas ratione, quidam cooptari. Accessuri Logistæ, qui à publicis rationibus magistratus erant, nomen præconi edebant, proclamareq; his uerbis iubebant: Quis uult talem tali et tali functum magistratu de anteactæ uitæ accusare facinoribus? Quæ

proclæ-

proclamatione quiuis, modò probando esset, accusator admittebatur. uerùm ista in Logistis melius. Illa seuera quidem certè admodum ratio paucos reperiebat usque adeò omni nota carentes, ut innocentia freti augerẽt eum ordinem. Qui uel sordium (quæ res alioqui plerisq; satis familiaris uidetur, cum si ad uictus rationem munerum illa receptio pertineat, iudicibus lege sit permissa) uel fauoris, uel admißi criminis notam inustam semel habuisse probabatur, is nunquam in tam inuiolabile cõsortium admittebatur. Et ne ullus fraudi locus relinqueretur, sub dio palàm præsenteq; populi totius corona illa ratio coram senatu putabatur. Quotannis itaque illa ipsa ex Thesinothetis plures eximens, & numerum relinquebat incertum, & deteriora in hac mortalitate longè melioribus superiora esse ostendebat. Lectus ille ordo ac institutus à Solone antiquata ἰφετῶν seueritate legitur. Erant enim ante Solonis instituta, LI. ephetæ, id est præfecti, qui de capitalibus causis ac furtis sententiam (quod ante illos regis fuerat officium) ferebant. Istorum ergo nomine Solon præsentem senatum constituit, summæ in Rep. authoritatis: qui non solum de capitalibus causis ius dicebat, uerum de quibuslibet grauioribus, non secus quàm olim iudicum de curiæ sortitò & subsortitò à prætore apud Romanos delectæ: & hodie in Gallia primùm de criminalibus

libus supprætores, secũdò de ui illata: ac supremus in summis curijs senatus tam primùm quàm ex prouocatione cognoscit. Quum uerò causæ postulabat grauitas, Ariopagitis addebãtur ex cæteris magistratibus nõ pauci ueluti subadiuuæ, quemadmodum in delegatis à supremo senatu causis hodie fieri est in usu. Si magistratus noui eligerentur aut instituerentur, si reip. gratia aliquid quod ad omnes æquè pertineret, in deliberationẽ proponeretur, si lis sæpius ob ambiguitatem dilata se offerret, cogebatur illa iudicum multitudo, ex qua queri non liceret: uocabulo uerò Attico cœtus ille ἡ σύγκλητος βουλὴ, aut κατεκκλησία, id est congregatio uniuersorum dicebatur. Porrò Ariopagitarũ magistratum dicere Græci consueuerant διηνεκῆ et ἀδιάδοχον, id est perennem, & uicißitudinis expertem, ad cæterarum scilicet dignitatum discrimen, quòd illæ certis temporis periodis exui & deponi solerent, is nunquam. Quamuis autem sine ullo discrimine omnia nefaria publicè uindicarent, tamen peculiaris erat illorum cognitio de ueneficijs, incẽdio, cæde, & uulneribus consultò atq; extra primum animi motum illatis, deq; insidiarum aut proditionis in patriam molitione (quæ res in populari statu, par est læsæ maiestati in monarchia) & plurimis alijs. Mos uerò iudicandi illorum, quantum literarum monumentis est proditum, talis fuit. Statuto reo,

aut

aut accusato pro reo, post primam quæstionem testibus & coniecturis atque probationibus adornatam (nam alioqui accusare non licebat, nisi talionis pœna) statim sententia ferebatur, nec in multum tẽpus differri solebat: ut ferè solet Venetijs fieri apud decem uiros: ubi tamen prius ab aduocatoribus & quadraginta uiris criminalibus accusationes sunt prolatæ. Nolo multorum iudicum criminalium negligentiam hic sæpius expertam attingere, quum ipsa se satis aperiat. Non licebat Ariopagitis ad misericordiam flecti. In hoc enim cum seueritate ἐφετῶν conueniebant, quòd pari pœna par delictum multabatur. Id uerò sacrosanctum ueluti ac summum in ipsis laudat Aristoteles principio Rhetorices, dum ait, ἅπαντες γὰρ, οἱ μὲν οἴονται δεῖν οὕτω τοὺς νόμους ἀσορεύειν, οἱ δὲ καὶ χρῶνται καὶ κωλύουσιν ἔξω τοῦ πράγματος λέγειν, καθάπερ καὶ ἐν ἀρείῳ πάγῳ ὀρθῶς τοῦτο νομίζοντες. quorum uerborum sentẽtiam paucis admodũ & elegãtißimè Quintilianus VI. institu. or. appendit. Athenis, inquit (quo nomine Ariopagum intelligebat) affectus mouere, etiam per præconem prohibebatur orator. Hoc etiam illis fuit cum decemuiris Venetis commune: nunc etiam incipit & im nostris summis curijs esse familiare. Nouerunt enim senatores clarißimi longo rerum usu edocti, nil esse quod rhetorum et causidicorum eloquentia uersutia ûe non poßit euerti, inq; diuersum

trahi,

trahi, ita ut ex summa æquitate, summa iniuria, et ediuerso, procreare uideatur, si semel auditorũ aut iudicũ animos in sua sententia traduxerint. qua peste etsi hodie careant curiæ nostræ, tamen longe crudelius monstrũ domi alebant causidici quidam, opiniones doctorum opinionibus addendo, diuersasq; iuris scripti in æqui boniq; euersionem allegando, & (si nihil aliud) curiam ipsam occupando ne aduersarij causam intelligat: donec tu Poyete Cãcellarie æquissime, illis nebulonibus præscribendum regia sanctione curasti: ne quid adferrent allegationis in simplici rerum narratione, pariter in quæstionibus et probationibus, uetuisti. Verum ad institutum redeo. Tanta erat Ariopagitis in iudicando fides & integritas, ut si quis etiam scelestus admodum creditus, post causam apud illos dictam euaderet impunè, nulla eum uis, nulla authoritas posset de ea causa appellare. Nulla illic erroris propositio, nulla secunda senatus occupatio locum habebat. Forma iudicij talis fuit. Coniecto in uincula reo (finge de cæde agi) per præcones & apparitores uocabantur interfecti hominis necessarij, domestici, parentes, amici: quorum arbitrio (quod hodie iudicij æquitate fit) de pœna statuebatur, ferebaturq; sententia secundum damni accepti rationem: qui mos hodie quia est Turcis in usu, à me referri amplius potest. Cadhi, quod nomen apud Arabes

bes iudicem significat, comprehẽso reo homicida, curat statim sisti parentes perempti: & si illi desint, necessarios, aut illos ad quos ex illius uita utilitas peruenire poterat. Alioqui si desint illi, nomine principis & legum, more procuratoris aut aduocati regij, iuris scripti & talionis pœna punit. Rogat præsentes utrum malint hominẽ talione an multa puniri, ferturq; pro illorum uoto, si tamen modum non excedat, sententia. Æstimant hominem solidum sexaginta asprorum millibus: quæ summa ad nostram pecuniam æstimata mille & ducentos aureos numos reddit. Nam asprũ genus argenteæ monetæ est nostro Caroleo numo penè par. Id æris compẽsat mortis damnum. Dimidiũ, hominis dimidij loco adiudicatur. Dimidius homo est, cui pes, manus, oculus, aut præcipuæ partis corporis usus deest. Paris proportionis ratio in corporibus aut inutilioribus partibus obseruatur. Verùm ista compensatio ideo rarius fit, quòd non statim, flagrantiq; (ut aiũt) delicto possunt unà sisti reus et affines. Pupillis, mutis, linguaq; impedita hominibus succurrit prætor in rebus pro conditione æstimandis. morte itaq; aut multa reum illorum nomine multat. Ariopagitarum ut erat maxima in iudicando diligentia & sedulitas, ita rarius id muneris infrequentiusq; subibant. Singulis enim mensibus tribus tantum diebus iudicabant quinto, quarto, tertio

Cal.

Cal. cuiuslibet: qui dies ita græcè dicti sunt. τετάρτη φθίνοντος, τρίτη φθίνοντος, δευτέρα φθίνοντος, id est quarta, tertia, secunda decrescentis et iam finientis mensis. nam græcos Calendis carere uel paræmia docet. Præterea non coibant, nisi ob rerum necessitatem fieret ὁ σύγκλητος βουλή, id est indictiuum consilium: cuius conditio quod ad magnum numerum attinet, nõ est absimilis magnis Venetorum comitijs, singulis octonis diebus semel ad magistratus deligendos tantum cogi solitis. De hoc senatu, multisq; alijs cum Romanis & Gallis, tum Atticis scripsit utriusq; linguæ instauratæ lumen G. Budæus in annot. primis in Pãdect. l. ultima, de senat. cuius sententiam etsi ex ipsis unde illam desumpsit authoribus possem adscribere ne quid prætermisisse uidear, paucis, adferam. Ait itaque ex Luciani uerbis, iudicia noctu & silentio in Ariopago tractari solita: primòm, ne dicentis rationem ullam apud se haberent, qui rem nudam sineq; proœmio & personarum ratione audire uellent: alterum, ne interruptionibus inter disputandum fieri solitis, se interpellarent, àq; sententia dimouerent. Inde nata est paræmia, ἀριοπαγίτης τιγανώτερος, Ariopagita subticentior, dici solita de prudentibus & taciturnis uiris. Nec uerò una tantum fuit taciturnitatis ratio. nam & reum præterea attentius respondentem audiebant, & iudiciorum secreta nunquam euulgare

solebant: tabellaresq; edebant sententias, ne ex maioris authoritatis, ætatis aut eruditionis uiri, qui prior sententiam dixisset, præiudicio ab opinione sua discederent, aut (quod multi solent hodie) ad idem, responderent. Cum illis in tabellari sententia conuenit ferè omnibus Venetis magistratibus, ea de causa quam suprà attuli: cum X. uiris autem capitalibus, ne prodeant in uulgum aut sentẽtiæ, aut secreta iudiciorum: utrisque optimo iure sanè. Illorum authoritas enim nũquam potest imminui, dum aresta illorum nunquam rescindi aut calumniari contemni ue ab cæteris magistratibus, aut etiam à plebeijs possunt. quare quæ in republ. pestis oriri deterior poßit, nõ uideo. omnia enim pessum eunt, cum semel aut imminui aut negligi legum & magistratuum uis cœperit, sensimq; iugum infringi cœptum excutitur. Itaque meo iudicio non deberent illi magistratus à quibus non est prouocatio, tam temerè euulgare sententias, ne arbitrio uitiligatorum illic antinomiæ pleræq; reperiantur. Post Græcorum sententias uidendum quid Latini de Ariopagitis scripserint. Valerius Maximus de illis ita scriptum reliquit: Eiusdem urbis (de Atheniensibus proximo capite egerat) & sacrosanctißimum consilium Ariopagus quid quisque Atheniensium ageret, aut quonam quæstu sustentaretur, diligentißimè inquirere solebat: ut homines honestatem,

memores

memores uitæ rationem reddendam esse, sequerentur. Eadem bonos ciues corona decorandi primò consuetudinem introduxit. nam & uirtutis uberrimum alimentum est honos &c. Quum istud ita habere sit scriptoribus compertum, credendum est, quo tempore non iudicabant, id perquirere solitos. Vt ut sit, certum est insigni quadam prudentia & penè diuina fuisse, quòd Cicero acerrimi iudicij homo illum senatum cum mũdi rectore Deo potius comparatum uoluerit, quàm Romanum. Ait enim: Negare hunc mundum prouidentia regi, idem est ac si quis dicat Athenas sine Ariopagitis regi cõsilio. Quod ait Plinius Naturalis historiæ septimo, primũ capitis iudiciũ actũ in Ariopago, mihi non uidetur rationi consentaneum. Ex omnibus enim Græcis authoribus liquet Solonem hunc magistratum instituisse (quod iam docui) quasi ad seuerita tis ephetôn moderationem. Atqui Draconem, qui hos instituerat, longè Solonem precessisse constat, tamq; seueras leges in improbos statuisse, ut pœna capitali uel quodlibet holusculi furtum plecteretur: unde dici uulgò solebat, Draconem non atramẽto, sed sanguine humano leges scripsisse. At quis credat fieri posse sub tali legũ seueritate, tanto tempore tot improbis in repub. perpetuò agentibus, ut omnibus seculis sit uerum dictũ poetæ, τὰ χαρίονα πίνα, deteriora uincunt, neminem improbitatis de-

disse pœnas? Fieri sanè non potest. Quòd si quis contendat Plinium intelligere in Ariopago, id est Athenis, aut suprema literarum memoria: primum quidem esse uerum uix poterit, quum ante ullum Græcorum imperium, iam florentissimæ res Persarum, Assyriorum, Indorum, Ægyptiorum, Syrorumq; ipsa uetustate collapsæ fuissent, quæ sine faci norosorum pœna regnare tandiu non potuissent: Alterum non arguit uerum fuisse, etsi scripserit ne mo cuius saltem extent scripta. Quanuis enim literæ ipsæ præclarorum facinorũ iuxta hominum me moria sint conseruatrices, tamẽ non statim est credendum, si quid aut nulla hominum memoria, aut nullis literarũ monumẽtis est celebratum, id proti nus non fuisse: nec si quid ignoras, id propterea mi nus in rerum est natura: nec, ut inquit Lyricus,

Sola comptos arsit adulteri
Crines Helene. Et paulò pòst,
Vixere fortes antè Agamemnona
Multi. Pauloq; mox,
Paulùm sepultæ distat inertiæ
Celata uirtus.

Itaque nulla in parte uero consentanea dixisse uidetur Plinius: quod etsi illi in hoc loco, inq; multis alijs contigerit, non est mirandum, quum uir senatoriæ dignitatis, inq; reip. muneribus occupatus, succisiuis horis uix posset quot excerpsit describere.

re. Hanc uerò sententiam lectori excutiendam relinquens, ad alia transeo. De huius senatus dignitate sunt omnia apud authores plena: uerum una oratio Demosthenis in Aristocratem, hunc satis aperiet: quæ quia amplissimè quæ iam tradidi explicat, ad illam lectorem remitto, quum alioqui nil sit à me in illo describendo prætermissum.

DE NOMOTHETIS.

Cap. V.

NOMOΘETΩN nomine plura Græci dignitatum genera intelligunt: quæ mihi prius aperienda uidentur quàm ad rem de qua sum dicturus, ueniam. Tres olim nomothetas apud Athenienses fuisse, authore Suida, reperio: Draconem, Solonem, Æschylon, non quidem illum poesi celebrem, sed quendam alium Athenis natum, non usq; adeò apud authores celebratum. Secundo νομοθέται legislatores quicunque sunt. Verùm ut ad rem facit uocabulum, præcipuè intelligebant Athenienses unum ad mille selectos ciues, quibus legũ antiquandarum fiebat potestas, quum non uiderentur amplius esse ex reipub. usu, ac præterea illarum examinandarum quæ aut emendandæ, aut immutandæ, aut demum sanciandæ uiderentur. Est enim & legibus humano consilio natis, quemadmodum & rebus naturalibus, etsi paulò obscurior, nostræq; mortalitati minus cognita, uetustas: quam ubi sen-

sere, usus consuetudine aut desuetudine aut abrogandæ aut emendandæ sunt: quod ipsum (nisi ubi iure scripto, ut uocant, id est Cæsareo siue ciuili utuntur) in iure ciuili Romanorum patet. Nam bona pars de seruitutibus, de seruis, noxa, iure personarum, hæreditatis uaria distributione, & infinitis alijs tractationibus agit, quæ in Gallia (ubi præcipue ius ciuile, quod consuetudines uocant, atque regia & curiarum placita locum habent) ut parum est in usu, nisi ut à simili iudicando, ita partim explodendam censerem, ut tempus illud quod studiosi iuris in illam insumunt, daretur iuri ciuili, postquàm quæ nobis sunt in præcipuo usu, diligenter didicerint. Nobis propositi nomothetæ ius tantum habebant referendi coram populo toto, probarèntne an improbarent leges plebiscitaq; nec enim poterat ulla rogatio probari, rataq; haberi, quin uniuersi magistratus nomothetis subscripsissent. Hi etiam iudicandis grauioribus causis solebant interesse, eorumq; sententiæ si non pareret aut actor aut reus, tribus drachmis præsente archonte multabatur. Hæc est Pollucis sententia. Verùm Budæus ex Demosthene paulò aliter latiusq; explicat quomodo illæ leges solerent proponi. eius ideo uerba adscribam: Solonem commemorat Demosthenes inter alia cum legibus suis hoc quoque instituisse, quum lex aliqua ad populum ferretur, ut

à legisla-

à legislatore primùm recitaretur, deinde in loco maximè celebri totius urbis maximeq; conspicuo proscriberetur, ad tertiam concionem usque, (non aliter atque leges Romæ trinundino die promulgari solitas Macrobio referente nouimus) inde scribæ ut daretur palàm pro cõcione legenda: ut si cui quã quid nõ placuisset, in mediũ id proferret: & si ea tum quoq; populo placuisset, ita demum nomothetæ daretur postremum probãda, qui uti eã probasset improbasset úe, ita ferretur, antiquaretur ue. Ipsi autẽ nomothetæ ex iudicũ numero deligebantur, ut eam operam populo iurati ipsi nauarent. Hæc Budæus: cuius comparatio ut planior fiat, locum Macrobij adfero: Rutilius (ait) scribit, Romanos instituisse nundinas: ut octo quidem diebus rustici opus facerent, nono autem die intermisso rure, ad mercatum legesq; Romam accipiendas ueniret, ut & scita atq; consulta frequentiore populo referrentur, quæ trinundino die proposita, à singulis atque uniuersis facilè noscebantur: unde etiam mos tractus ut leges trinundino die promulgarentur. Hactenus Macrobius.

DE LEGVM CONSERVATORIbus, quos Græci νομοφύλακες dicunt.

Cap. VI.

DIfferebant à nomothetis νομοφύλακες, quibus à legibus seruandis ut nomen, ita & officium e-

rat. Frustra enim fuissent à nomothetis leges exploratæ probatæq;, nisi præscripti illarũ sit usus, secundumq; eas iudicaretur: quod nomophylaces ut fieret curabant. Cicero libro de Legibus tertio, illorum officiũ diligenter explicat: Græci hoc diligentius, ait, apud quos νομοφύλακες creantur: nec ij solum literas (nam id quidem etiam apud maiores nostros erat) sed etiam facta hominum obseruabant, ad legesq; reuocabant. Hæc Cic. secundo dignitatis gradu erant Athenis νομοφύλακες, ut qui πρόεδροις (quorum nomen à primis sedibus quas illi ante cæteros habebant, deductum est) aßiderent, strophio quodam lineo (quali honoris gratia dux Venetiarum hodie ornatur) capite redimiti. tantus erat honos priscis incolumitatis reipublicæ cõseruatoribus, tantum legum studium. Idem enim est nullas habere leges, & multas quidem scriptas habere, nullis uerò uti. Cæterùm is ordo legi solebat ex ipsis Ariopagitis: illorumq; præstantißimi etiam hanc curam legum habebant sanciẽdarum, tuendarumq;: quod erat sacrosanctum munus. παρανόμων uerò γράφη in ius rapiebant quisquis legem omnium consensu nõdum examinatam, ueluti diutius proscriptam, inter probatas recipi curaret, quale ab oratoribus factionum & quæstus gratia solebat fieri. Nil enim uetat, homines in uno constitutos ordine, dum aut ab officio quandoq; respi-

rando

rando supersedent, aut quum causa uehementior urget, uario tempore uarijs alijs muneribus in Re publica fungi: quod in supremis Galliæ curijs maximè patet. Illarum enim partes quædam, quæ ad capitales causas ab inferioribus, aliæ quæ ad rerũ actionem sunt constituta, perpendentes, adprobant uel reprobant: itaq; rata habetur sententia. pars indictiua concilia, alij peculiarem quandam causarum cognitionem (commißiones uulgò, & relationes litium uocant) statutis temporibus, alij rationes rerum fiscalium, & alia sexcenta officia subeunt, quum tamen unum sint corpus, & curiæ Præsides Consiliarijq; dicantur. Antiqui uerò non usq; adeò rerum longo usu edocti, nec adeò periti quomodo unus idemq; magistratus multis uarijsq; rebus præesse posset, uarios deligebant ordines ad singula, quæ ab uno hodie fiunt senatu. Non sunt his absimiles quadraginta uiri causarum capitalium apud Venetos. Nam de criminibus & causa integra & ex prouocatione cognoscunt, legumq; maiestati cum VI. uiris sex regionum urbis (uocant uulgò sextariam) præfectis præsunt, præsenteq; ac arbitro sententiarum Duce de illis statuũt. In hoc uerò differunt, quòd sunt illorum in rebus capitalibus sententiæ Decem uiris ex prouocatione obnoxiæ. Præterea si quid in Ducem, Rempublicam, religionem, inq; naturæ perniciem (cuius-

modi est cinædica fœditas) admissum est, statim id uindicant decemuiri. Legibus conseruandis, pariter & idoneis iudicibus in singulas prouincias & loca deligendis, præsunt apud Turcas duo uiri magna corona doctorum & bonorũ uirorũ septi (cadilescher uocant) primæ authoritatis, prudentiæ & scientiæ uiri, quibus iudices coguntur rationes reddere, inq; sententia parêre, quum quicquã malè iudicauerint. Prouocationes enim apud illos & fiunt, & ab ipsa suprema curia quã diuam appellant, remittuntur. Quum uerò casus ratio postulat, tunc uterq; senatus de illo cognoscit & iudicat præside uno quatuor Bassadum, præsenib. uerò omnibus primæ authoritatis uiris. Hi ordines id officij explent quod apud nos Cancellarius, qui reuera solus νομόφυλαξ, id est legum uindex dici potest. Cogit enim, ueluti in corpore animus, omnes iudices & magistratus secundum leges æquiq; & boni præscriptum iudicare: & si quis contrà fecerit, aut pœnam ipse decernit, aut cum summo Galliæ consilio re agitata, præmijs digna refert, quicunque legum maiestatem imminuerit. Ediuerso tui in remp. animi beneficio Poyete, quotquot ipsa uirtus ad magistratus potest euehere dignitatem, non fauoribus, non sordibus, non demũ secundum ambitionem (quæ res non pauca ante tua tempora præclara ingenia deiecit) sed infracto animo eue-

his promoues q̃: quod & si debebat illorum qui ante te in illo fuerunt officio, munus: tamen re ipsa apparet te plura uirtuti biennio nondum exacto dedisse, quàm tota patrum memoria ullus Cancellarius fecerit. De dignitate uerò Cancellaria, & cæteris Galliæ magistratibus aliâs. Vnum uerò addam, quod Cancellario & nomothetis atque νομοφύλαξι conuenit, ob uitæ integritatem esse in perpetua dignitate, quoad uita & æquitas comes fuerit.

DE QVINGENTIS VIRIS. Cap. VII.

Οἱ πεντακόσιοι, quingenti uiri, nomine ordinis numerum aperientes, tam dignitate, fama, quàm officio, secundum post Ariopagitas locum obtinuere: quorum apud Græcos authores ita frequens est mentio, ut nulla planè causa, nulla oratio illos non celebret. Hi enim ciuilia munera, rerũq; actiones, de quibus quotidie popularibus lis oboritur, iudicare solebant. Tempore functionis ab Ariopagitis ita differebant, quòd hi erant διάδοχοι, permutatorij, id est quotannis sorte eligi soliti: illi erant δικαστὰς καὶ ἀδιάδοχοι: ut iam antè dixi. Erant hi quo tempore iudicabant, quo in munere sunt prætores & suppræfecti, quos bailliuos aut locũ tenentes ciuilem dicimus. Annuo uerò spatio tantùm eam dignitatem habebant, ne (quod nimis crebrò in locis non paucis experimento uidetur) sordes, atq; cæte

ræ quæ inter iudicãdum possunt euenire corrupte læ, beneficio prorogatæ dignitatis tegerentur alerẽturq;. Magnus uerò numerus faciebat (quod ea de re seruatur in curijs quas parlamenteas uocant) ne facile quid uicij in consortium irreperet. Verùm quia tanta multitudo unà & in uno posita loco uix potuisset sua exequi munera, in decem partes diuidi solebant secundũ tribuũ numerũ: quibus singulis quinquagintauiri ex eo numero obtingebãt, suoq; loco triginta & quinque dierum spacio ius dicere consueuerant. Is uerò dierum numerus decies repetitus annum lunarem trecentis & quinquaginta diebus constantem, qualem Athenis obseruare solebant, reddit. Noster uerò solaris illum diebus quindecim & quadrante superat. Propter item copiosam multitudinem ex illis quinquaginta, X. eligebant, quos πρόεδρους, id est præsides (ut dixi) nominabant: ex quibus ipsis tantum septem, per singulos scilicet dies hebdomadis, sortitò eligebantur. Quo die quisq; rebus preærat, arcis conseruabat claues, dicebaturq; ὁ ἐπιστάτης, præses, & τὰς κλεῖς τῆς ἀκροπόλεως πιστεύεσθαι, cui arcis claues credebantur. Verùm de his paulò pòst. Quum quinquagenarius numerus suo officio fungeretur, uocabatur iam mutato nomine prytania, aut οἱ πρυτανεῖς, tanquam à frequentiori cura τῆς ταμιεύειν τὸν πυρόν, recondendi & seruandi frumenti in publicam neces-

necessitatem. Non desunt qui dictos ἀπὸ τ πρυτανείων uelint: τὰ πρυτανεῖα uerò pecunias publicas esse, quas actor & reus etiam post iusiurandum de calumnia (in quo fidei bonæ anchoram ut præscripto legum ponimus, ita omnino parum fidei esse uidebant) in ærarium publicum deponere cogebantur: ut qui causa caderet, disceret etiam hac multa iam oppignerata atque deposita, nec temerè iudicis aures occupare, nec litem iniustè incipere, aut alterum iniuria in ius rapere. Licebat enim cui libet, aduersarium, aduocato teste, qui assereret in ius uocatum uenire noluisse, in ius rapere atq; trahere nolentem, non modò Athenis, sed & Romæ. Athenis uerò pecunia deposita, loco testis erat apud Romanos uocari soliti. Proculdubio mea quidem sententia, si præter iusiurandum de calumnia, multa quædã pro litis ratione deponeretur, ab actore præcipuè, & ex illo ærario satisfieret iudicibus iustis in causis uersantibus, ad hæc inde desumeretur nomine tenuiorum, qui potius perderent suum contra potentiores ius, quàm summam deponere possent lite dignam, ut temeritas debilitati consuleret: tolleretur maximum fomentum litium. Quis enim credat ut uel pili faciat sacramentum, qui proximi uitæ, fortunis, famæ demum moliri insidias non erubescit? Verùm parum uiderer consulere multis sanguisugis, litiumq; alumnis. Redeo

itaque

itaque ad meos Prytanes, quos ἀπὸ τοῦ πρυτανείου, id est à sportula dictos ostendi. Illa pecunia depositis cumulata, iudicibus persoluendis, & illis quibus meriti in rempublicam & uirtutis ergô uictus dabatur, alendis seruiebat, τὸ πρυτάνειον crebrò minabantur fœneratores debitoribus se in ærarium depositurος, ubi plus tempore non poterant amplius petere, ut scilicet miseri debitores ære alieno obruti, cum non possent statim esse soluendo, cogerentur augere fœnus. Huius rei fidem facit Aristophanes in Nebulis, his uerbis,

θήσω πρυτανεῖ' ἢ μηκέτι ζώην ἐγώ.

Moriar ni te in ius depositis prytanijs uoco. uerba sunt fœneratoris ad obæratum. Singulari autem uoce tantum τὸ πρυτανεῖον locus erat in quo iudiciorum causa coibant prytanes, unde nomen. Præterea ubi de rep. benemeriti diligenter & colebantur & alebantur. Maximum hunc honorem in rep. fuisse, Cic. primo de Oratore, testis est locupletißimus, ubi de Socrate agit his uerbis: Erat enim Athenis reo damnato, si fraus capitalis non esset, quasi pœnæ æstimatio. ea sententia quum iudicibus daretur, interrogabatur reus quam quasi æstimationē commeruisse se maximè confiteretur: quod quum interrogatus Socrates esset, respondit se meruisse ut amplißimis honoribus & præmijs decoraretur, & ut ei uictus quotidianus in prytaneo publicè præberetur,

tur, qui honos apud Græcos maximus haberetur. Hæc Cicero. Hic ordo solebat edicta, decreta, psephismata (ut Græca uoce Cicero dicit) plebiscitaq; omnia explorare, ac de legibus perperàm latis sententiam ferre. alioqui enim sine illa prouidentia facilè imperitæ plebi fuisset impositum. plebs enim non rarò ea rogat, & probata cupit, quæ manifestò in eius ruant perniciem, nisi consilio et prudentia coërceatur. Primùm itaq; populares pro rerum suarum usu edicta proponebant, quæ statim ab 50 uiris perpẽsa Thesmothetis dabantur, ut iam docui: qui si probassent, incumbebat opus nomophylacibus, ut proclamari & seruari curarent. Erat in illũ grauißima actio, qui ex populari consensu solum probatam legem, ratam asseruisset, & in loco probatarum adscripsisset, dicebaturq; παρανόμων γραφή, id est perperàm latæ legis actio. ille qui accusabatur, ὁ παράνομον ψήφισμα γράψας, qui iniquum & præter morem decretum scripserit, qualiter fecisse Androtionem & Aristocratem, eloquentißimis orationibus monstrat Demosthenes. Verùm de hac re scripsi iam in de Actionibus. Ab hoc ciuili & quotannis mutari solito magistratu, fasti dies, bellorum tempora, fœdera, legationes, rogationes, edicta promulgata, et in summa ad priuata usq;, quæcunque rationem temporis habebant adnexam, supputari & scribi solebant, ueluti apud

Romanos

Romanos à cõsulibus, hac forma ἐπὶ ἄρχοντος πολυκλέους, μηνὸς βοηδρομιῶνος ἕκτῃ ἐπὶ δέκα, φύλης πεντακοσίους πανδιονίδος, δημοσθένης παιανεὺς ἔγραψε ψήφισμα. Principe Polycle, mensis Iulij decima sexta, tribu Pandionide iudices reip. exhibẽte, Demosthenes Pæaneus decretum tulit. Qui hic nominabatur, erat ἄρχων, de quo suo loco: quæ tribus adfertur, illa est cuius 50 uiri ex quingentis sumpti Rem pub. tunc moderantur. Cæteri Græci ab Olympiadibus, Mosolami à Muhamede, nos à Christo, Iudæi à mundi exordio, & quæq; gens ferè à capite persuasionis rationes init temporum. Ad alia nũc transirem, nisi horum iudicum officium me admoneret quadraginta ciuilium causarum iudicũ apud Venetos: qui ut magis innotescant, paucis Reipub. præstantissimæ mortem iudiciorum exponere uisum est. Ter quadraginta uiri, non ita tamen magnæ authoritatis nobiles, eligũtur ita, ut XXIIII mensibus tam capitalibus quàm ciuilibus præsint, hoc modo: Primi quadraginta noui causis exterorum & peregrinorum, quorum ingens Venetijs multitudo agit, octonis illis mensibus præsunt uelut i loco tyrocinij: post quod tempus urbanis de rebus, substitutis in suum locum alijs, iudicant. In primo uerò loco, ordo ille consilium nouum, in secundo uetus, aut (ut uulgò) quadraginta ciuiles, dici solet. Iam exactis in duobus illis sedecim mensibus, ue

lutè

tuti probati, committuntur capitalibus causis iudicandis, loco ciuilium XL. uiri criminales dicti. Eam uerò dignitatem tunc assequuntur, quanuis sint ut plurimum iuniores, ut in senatum admittantur, iusq; suffragij etiam habeant in causis grauioribus. Ad hæc triumuiri ex illis in binos menses eliguntur sortitò, qui præterquàm quòd ius suffragij habent, etiam Duci, qui magnus est honos, sua quisque uicißitudine aßidere potest: pariq; cum ipso authoritate de rebus ipsis tam ad senatum quam ad magnum consilium potest referre. Forma uerò iudicandi & in ciuilibus & in capitalibus causis fermè una est. Suffragijs enim fit, quod olim Romanis in usu fuit. Veneti enim causa ultro citroq; agitata, habent tres diuerso colore urnulas, in quarum unam condemnationis, in alteram absolutionis, in tertiam dilationis amplioris discußionis gratia, globuli linei demittuntur, ita ut nemo poßit ex præiudicio alterius fauori dare locũ, nec etiam ex suffragij decidentis in urnam sono. Extracta suffragia imponunt causis finem. Romani nõ calculis aut fabis globulis ue, sed duab. literis condẽnabant aut absoluebant: duabus, non liquere significabant. A, ut notauit Asconius Pedianus, salutaris erat litera, absoluiq; reum petebat. C tristis, condemnabat. NL, non liquere notabat. In capitalibus causis à Græcorum usu Θ literam, qua Θάνατον, id est mor-

tem significant, accepisse etiam Romanos, nigrũq; theta appellasse, literarum monumentis reperio. Verùm ad mea me recipio.

DE ARBITRIS.
Cap. VIII.

QVia causarum ciuilium maior numerus quotidie oboriebatur, quàm quibus terminandis, & nouis audiendis satis essem quinquagintauiri tribuum: ut hic succurreretur, quadragintaquatuor διαιτηταί, id est arbitri eligebantur, partim sorte, partim electione. Nam sexagesimum annum excessisse illos oportebat, & non infimæ esse notæ, sed insigni probitate uiros: quamobrem eligi solebant: inq; locum constitutum bona pars cõstituebantur, ubi à litigatoribus possent statim conueniri. Sic uerò adibantur. Actor & reus ex composito quosuis deligebant ex eo numero, ea lege, ut si lis apud illos contestata inceptaq; esset, necesse esset, ut & apud Romanos, illic terminari: alioqui multabatur qui sententiæ illorum non paruisset. Succurrebatur uerò læso, duplici remedio. Nam & illic iudicij causam reddebant, & ex appellatione poterat adiri δικαστὴς, iudex ciuilis, causæq; succurrere. Hæc Demosthenis ex oratione κατὰ μειδίου sententia est. Budæus paulò latius explicat ex Polluce quot arbitrorum essent genera. Οἱ κατ' ἄιρεσιν electi, erant

quos

quos litigatores sibi deligere poterant, quibus controuersiæ rationes explicatas crederent. κατ' ἐπιτροπὴν τῆς αἰτίας, per causæ permißionem. Alij uerò κληρωτοί, id est sortitò electi ex magistratuum decurijs, non ueniebant pro litigantium arbitrio, sed sortitò priuatis causis deligebantur ex iudicum decurijs, non secus quàm olim apud Romanos ex iudicum decurijs prætor ordinabat, hodieq; in curijs Galliæ uiris cõsularibus fit, non quidem ut iudicent, sed ut exactè perpensa lite, & eius appendicibus, senatui iudicaturo referant. Hæc sentẽtia facilè confirmari potest ex loco orationis Demosthenis in Aphobum, quem expilatæ hæreditatis accusat. Locus ita habet: ἐπὶ τὸν κληρωτὸν δὲ διαιτητὴν ἐλθὼν, καὶ οὐδὲν ἔχων ἀπολύσασθαι τῶν ἐγκεκλημένων, ὦφλε τὴν δίαιταν. οἱ δικασταὶ δὲ ἀκούσαντες εἰς οὓς ἔφηκε, ταῦτα δὲ καὶ τοῖς τούτου φίλοις καὶ τῷ διαιτητῇ, περὶ αὐτῶν ἔγνωσαν, καὶ δέκα ταλάντων ἐτίμησαν. Ad arbitrum igitur sorte datum quum uenisset Aphobus, obiectaq; diluere non posset, damnatus est ab arbitro. Iudices porrò ad quos prouocauerat, quũ causam cognouissent, eadem ipsi cum arbitris compromissarijs etiam illius amicis, cumq; ipso sorte dato arbitro pronunciantes, litem homini decem talentis æstimarunt. Compromissarios arbitros ius ciuile uocat, ob pecuniam ab actore deponi ueluti communi periculo & consensu solitam, quam qui cau

ſa cadebat, ſoluere cogebatur. Antequàm à ſorte dĕ gredior, quia deeſt hodie in Gallia exemplum ſuffragiorum & ſortis (niſi quòd quidam decoctores nos in ſortibus exempla in ſuis bianchis, ut aiunt, docent) uolo paucis præſtantiſſimæ noſtris temporibus pro ſua magnitudine reipub. modum ſortium exponere. Ea Veneta eſt, ariſtocratia & monarchia ita temperata, ut nec magiſtratus ſummi ſine Ducis præſentia ſententiaq;, nec uiciſſim ille quicquam propria auſit potentia ſtatuere, adeò ut ne progredi quidem tutò tempore belli in medium poſſit ſine capitis periculo, niſi ſex uiros regionum ut minimum comites habeat. Noſtræ Galliæ adminiſtrationi, quæ etſi lumine literarum diu caruit, tamen longè dignitate, ſcientia, prudentia demũ ſumma, cæterisq; rebus quæ ad magnitudinem faciunt Reipublicæ, eſt omnibus facilè ſuperior, quicquam detractum nolo: quin ipſam olim, niſi me aliquis præuertet, illuſtratam memoriæ poſteritatis commendare decreui. Sed ad fabas, calculos, ſorteſq; uenio. Octauo quoq; die comitia adire tota nobilitas annum ætatis uiceſimum prætergreſſa ſolet, nec tamen omnes ſine diſcrimine ante XXV annos (niſi qui ſortis, quam quotannis apud ſenatũ à XX. anno in XXV. tentãt, beneficio id aſſequuntur) adire poſſunt. Qui uerò debeant eligi ante XXV. ætatis annũ, aſſerta prius præſente utroq; parẽte

aut

aut affine proximo cum testibus idoneis sua ab utroq; parente nobilitate, die XIIII. Decembris conueniunt, eorumq; nomina in urnam conijciuntur: demum altera urna pari numero habet tot pilulas, quot adsunt iuuenes. Sunt uerò globuli argentei omnes, præter quintam partem quæ aurea est. Dum itaque educitur à principe nomen quodcunque, educitur et sors. si argentea, reijcitur in proximum annum. si aurea, probatur, consortioq; consilij magni aggregatur. Consilium ergo illud in potentißima aula coactum, omnia suffragijs tacitis magistratuum & dignitatum genera deligit. Vbi tota conuenit nobilitas, audita statim hora solita clauduntur fores: nec licet ulli ante comitiorum finem, qui occasu solis fit, exire. Occlusis autem foribus: scriba maior è suggestu, ut omnes audire possint, significat qui illo die magistratus sint eligendi. Sedent omnes in decem sedibus longißimis, nisi qui sunt aut comitiorum præsides, aut qui Duci in suggestu, si adsit, sedenti, dignitatis ergô aßidere solent. Locantur demum urnæ tres ante Ducis tribunal: una in dextra parte, altera in sinistra, tertia paulò sublimius in medio duarum: quibus ipsis consiliarij tres aßident, quibus ueluti censoribus extracti globuli aurei qui ex urnis educuntur, ostendi solent, ne scilicet quisquam posset per ambitionem afferre domo. Præterea singulis comitijs so

let signum in ipsis mutari sortibus, ueluti militaris tessera: ne si idem semper maneret signum, posset confingi ab ambitioso ciue. In duabus primis urnis sunt tanta copia argenteæ pilulæ, ut possint numero ciuium satis esse. in singulis triginta tantum aureæ. in illa quæ media est, sexaginta tantum sunt, quarum aureæ sunt triginta & sex tantum. Vocatis secundum sortē ad sortes subsellijs quatuor classibus distinctis, ueniūt singulatim ad urnas: in quas quemque demissa manu inde globulum extrahere moris est. qui autē argēteum tulerit, redit in sedem frustratus: qui aureū, ostendens assidenti urnæ consiliario, transit ad mediam: ex qua si argenteū educat, spe luditur. qui utramque sphærulam auream habet, is ex electoribus est: qui singulis ex quatuor classibus noueni eliguntur: electi uerò cōscendunt suggestum, illicq; à scriba nominantur, ac statim in conclaue (prius tamen in Reipub. uerba iurati, se sine ambitione, fraude aut fauore electuros uiros bonos magistratibusq; idoneos) statim concedunt, electuri & nominaturi, suffragijs inter se etiam agitatis, uiros in singulos magistratus. Idem faciunt & alij nouem, tertij item & quarti ad triginta sex usq;, tamē ea lege, ne sint usquam plures duobus ex eadem gentilitate electores. Itaque ubi primus electorum numerus est selectus, omnes eiusdem gentis affines exire coguntur, et ita secundi, tertij et quarti,

ti, quoad electio electorum sit absoluta. Singuli ita que nouem singulis nominatis magistratibus aut præfecturis singulos deligunt, ita ut in maioribus dignitatibus sint semper quatuor competitores, in minimis duo. quibus expletis, produnt nomina, ut in suffragia eatur, et qui plura tulerit, eligatur. Nolo interim omittere, quod præclarum illic est, electorem unumquemq;, eius quem nominauerit, si eligatur beneficio suffragiorum, fideiussorem esse, & si quid pecuniæ publicæ auerterit, præstare debere. Nominatis competitoribus, statim omnes parentes illius cuius nomine primo in suffragia itur, excedere aula coguntur, quoad suffragia sint lata: tum reuocatis illis alij uicißim exeunt sequentis affines, & sic ad ultimum usq;. Præterea obseruant ex suggestu, unde prospici in totam aulam possit, ne quis qui parentem iam forte electum intellexerit, captet ullum aut signis aut colloquio: quod qui admiserit, ambitus notatus, expellitur, honoreq; suffragandi eo die caret. nec enim licet ulli à quo lecti electores sunt, nisi exire generis causa iussus sit, se loco semel accepto mouere. Id quidē aliquando, non tamen sine magno tædio, noui, quum adhiberer illic à patricijs uiris, qui me & honoris & discendi eos mores gratia illuc crebrò ducebant, ab hora ferè prima pomeridiana, qua comitia occluduntur, ad occasum usque solis retineri illic tan-

diu molestè ferens. Interea dũ electores sunt in conclaui, uiatores lineorum suffragiorum cuique nobilium quantum potest pugillo capere, dant, inq; magnum, moreq; illorum brachiale amplum factum demittũt. Pueri uerò statim adsunt cum urnulis bina concauitate, anteriori alba probandi, posteriore uiridi reprobandi, ita tectis, ut per foramen immissa in illas manu suffragium in utramuis demittas, inscio etiam qui te diligenter obseruet, edito sæpius illius cuius suffragia petunt nomine, quibusq; in magistratibus fuerit, si aliquos geßit; statimq; omnia suffragia à tota corona accepta, in duo uasa demittũt: quorum unum de Si, pro albo scilicet urnulæ uentre: alterum de Non, uulgò dicunt, id est probandi & improbandi, ex quibus illico supputantur mira arte & facili. Habet enim scriba tabulam certo foraminum numero semiperforatam, super quam globulorum uis effusa statim spargitur, ductaq; manu in superficie, quot sunt extra numerum ablegat. Itaque ferè pari celeritate ingens numerus, atque ipsa unitas supputatur: dum numerãt consiliarij candida à dextris, uiridia à sinistris. interim pueri redeunt aliorum competitorum nomine, donec quatuor expleantur: quorum qui plura tulerit, modò dimidia excedant (nam si pares sint, differuntur comitia) is in magistratu est. Pariter in cæteris fit quandiu durat dies. nam nox adueniens

usque

usq; adeò comitia soluit, ut ne lucernam quidem usquam accendere liceat. Hæ suffragiorum leges, hi ritus. Græcis fabæ albæ & nigræ erant in usu magistratuum eligendorum, loco pilularum auri & argenti. Ne uerò fraus subesset, habebant & legumina suas tesseras. Verùm de sortibus satis me dixisse, ut rem illam literis elucidarẽ, credo. Parum admodum à Diætetis nostris differebant ζητηταί (Inquisitores, uocabuli et officij ratione non malè latinè dixeris) quorum Iulius Pollux ait fuisse officium, ut res & causas quarũ natura et status nondum constaret, explorarent, adq; senatum uerum ipsum referrent. quo in officio quotidie leguntur apud nos commissarij, ut uocant: suntq; ordinarij in causis facinorosis apud iudices tam capitales quàm rerum ciuilium. Habemus & nostros inquisitores in singulis prouincijs, qui testes audire possunt ubi ius habent, litesq; præparare iudicibus offerendas: etiam si nõ prouocent partes, sententiam ut pedanei iudices de minimis dicere possunt. Verùm monuit me Pollux ne suam de arbitris sententiam prætermitterem. διαιτηταί, inquit, arbitri supra annos sexaginta nati sorte eligebantur, quibus etiam sortitò αἱ διαιταί, id est arbitria committebantur. Admissorum uerò ad hanc dignitatem, si quis suo munere aliquid in dignum commississet, ille aut graui pro delicti æstimatione multa

plectebatur, aut summo cum dedecore de illo cœtu eijci solebat, exibilariq;: ut nil sit mirum illos tanta æquitate ac constantia fuisse, quos si non uirtus cohibere, uitij pœna terrere posset. Omnia itaque iudicia de rebus sacris apud illos ueluti sanctissimos tractabantur. Primam uerò de dijs rationem perpetuò seu in uera seu in falsa religione habitam fuisse omnibus gentibus, constat. In rebus porrò ciuilibus causam eos non potuisse dicere ultra æstimationem drachmarum decem, scribit etiam Pollux alio in loco: quàm uerè, ipse uiderit. Quumq; ab se causas ad alios iudices transferrent, coniectis in urnam pro sententia calculis, acta proferenda tam actoris quàm rei apud illos designabant: accepta tamen in litis principio ab actore drachma, quam causa inferior soluebat. Ea drachma διάστασις, id est dissidium dicebatur, inq; rationem ærarij publici referebatur: post quam, alteram qui causa cadebat, dare cogebatur. Hæc Pollux. Verùm Latini quoq; uaria significatione Græcæ dictionis diætæ utuntur: primumq; ea rationem quandam tenuioris uictus aut à medicis aut ipsa conditione ualetudinis ægrotis præscriptam significat: quod Cicero ad Atticum docet: Sed ego, ait, diæta curari incipio: chirurgiæ tædet. Diæta aliâs locum significat in domo, in quo uersari solemus frequentius, aut in horto, in quo expatiari moris est, atq; æstate cœ-

te cœnare. locus domesticus ille alioqui non malè latinè cœnatio appellabitur. Diætarius seruus inde dictus est, quòd illic mensas ornare, & ministrare mensis soleret. Vlpianus Tit. de fundo instructo, l. quæsitum, uersus finem, meminit. Ostiarij autem, ait, topiarij, diætarij, aquarij domi tantum deseruientes, continebuntur. Quàm egregiè explicet topiarios Accursius, uideant qui illi in omnibus applaudunt. Topiarij, inquit, sunt qui uepribus et spinis agrum purgant, & faciunt fossas. Pro ijs qui locorum uarietatem exprimendo (nam ἀπὸ τῶν τόπων, id est à loco dicti sunt) imagines rerum omnium ex arbustis, fruticibus & herbis effingebant, statim somniauit nouum officij genus. Nolo omitere diætarium furem, qui ex diætis aliquid surripuisset: cuius idem iurisconsultus Tit. de effractor. l. munerum, meminit his uerbis: Simili modo saccularij & & diætarij erant puniendi, item & effractores. Vetera exempla habebant detractarios, dignũ in quo somniaret uocabulo Accursius. Adeò fuit olim crebrum illud furum genus, ut tenuioris fortunæ homines cogerentur apud plerosq; diuites indumenta pro foribus relinquere, si uellent admitti: quod in Atheniensibus taxat Aristophanes in Pluto, ἀλλ' οὐχὶ φωράσων ἔτωγε εἰσέρχομαι. Nonne furaturus huc uenio? Nunc autem à diætarijs ad naucleros eo.

De

DE TRIERARCHIS.
Cap. IX.

NOn pro celebriori dignitate, sed pro maiori numero nunc τριηραρχοι, id est, triremium præfecti, mihi sunt tractandi: eo potissimum nomine, quòd spem salutis non raro in re nauali Athenienses posuerint. Numerum authores nõ præfiniunt, quoniam pro rei necessitate augebatur aut minuebatur. Vnum id tradunt, communiter duodenos id muneris unà obire solitos: quibus pacis tempore sartum tectum nauale præstare incumbebat, belli uerò etiam parêre ducibus, & alijs præfectis: quæ in re Veneti etiam imperatorem creant absolutæ & ueluti Tribunitiæ potestatis, quibus in locis classis conducta fuerit. In ciuitate enim eo iure non utitur. Trierarchorum seu nauarchorũ (nam pro eodem usurpare has tres uoces Græci solent, quanuis prima ab imperio triremium, altera nauium, tertia à sorte nauium dicatur) erat præterea munus, ut proprijs opibus & impensis in Remp. collatis naues triremesq; curarent & refici & construi. Ad hæc præmonebant principes senatores urbis si quid in re nautica esset unde Resp. in discrimen posset adduci, si per illorum curam suppleri non poterat. Reuera is ordo nõ magistratus (quanuis quidam Græci id tradant) sed coactus ad contributio-

tributiones ciuium numerus uidetur: qui etiam hodie à Venetis legi ex mercatorum & sellulariorum atque uiliorum numero ingruente neceßitate solet, non ut ministrent aliquid, sed una ars aut duæ unius triremis impensas persoluant: unde maxima auri uis cogitur. Ærarium uerò populare non modicum est in multis locis, quas scholas uocant, ubi sub Iohanne & Paulo, Antonio, Diua Virgine, religiosi ciuium & plebeiorum cœtus fiunt. Hoc officij genus sensim labefactatum emendauit Demosthenes, lege in illos lata qui eligerentur ad hoc munus: quod cum alibi, tum potißimùm patet in oratione contra Æschinem: βούλομαι τοίνυν ἐπανελθεῖν, ἐφ' ἃ τούτων ἑξῆς ἐπολιτευόμην. καὶ σκοπεῖτε ἐν αὐτοῖς πάλιν ἄν, ἢ τὸ τῇ πόλει βέλτιστον ἦν. ὁρῶν γὰρ ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι τὸ ναυτικὸν ἡμῶν καταλυόμενον, καὶ τοὺς μὲν πλουσίους ἀτελεῖς ἀπὸ μικρῶν ἀναλωμάτων γενομένους, τοὺς δὲ μέτρια, ἢ μικρὰ κεκτημένους τῶν πολίτων τὰ ὄντα ἀπολύντας, ἔτι δὲ ὑστερίζουσαν ἐκ τούτων τὴν πόλιν τῶν κακῶν, ἔθηκα νόμον, καθ' ὃν τοὺς μὲν τὰ δίκεια ποιεῖν ἠνάγκασα τοὺς πλουσίους, τοὺς δὲ πένητας ἔπαυσα ἀδικουμένους. Volo igitur redire ad ea quæ postea in Rep. geßi, & attendite denuo, quid reip. optimum foret. Quum uiderem nauale uestrum labefactatum, atque diuites collato modico ære à tributis immunes, eos uerò qui mediocres aut ferè nullas haberent posseßiones, rem familiarem in eo absumere, indeq; uestrā

Remp.

Remp. longè deteriori conditione fieri: legem tuli per quam diuites quidem pro census æstimatione conferre coëgi quæ iure debeant, pauperes uerò ab iniuria uindicaui. & paulò pòst clarius multo aperit: ἐν γὰρ αὐτοῖς ἐκ τῶν προτέρων νόμων σὺν ἑκκαίδεκα λειτουργεῖν, αὐτοῖς μὲν μικρὰ καὶ οὐδὲν ἀναλίσκουσι, τοὺς δὲ ἀπόρους τῶν πολιτῶν ἐπιτρίβουσιν. ἐκ δὲ τοῦ ἐμοῦ νόμου τὸ τιγνόμενον κατὰ τὴν οὐσίαν ἕκαστον τιθέναι. καὶ δυοῖν ἐφάνη τριήραρχος ὁ τῆς μίας ἑκτοδέκατος ὢν πρότερον συντελὴς, οὐδὲ γὰρ τριηράρχους ἐπωνόμαζον ἑαυτοὺς, ἀλλὰ συντωλεῖς. Prima legũ constitutione sedecim unà triremis unius impẽsis satisfacere solebant, ipsis quidẽ diuitibus nil aut parũ insumentibus, egenos uerò ciues opprimentibus: Lege uerò mea statutum est, unumquenque pro ratione facultatum numerare: tumq; uisus est, qui primum decimam partem impẽsarum triremis unius suppeditabat, posse duabus in solidum satisfacere. Vnde antea non trierarchos se uocari uolebant, sed contributores. Oratio eiusdẽ authoris in Androtionem ferè tota est in hoc negocio declarãdo. Verùm præter illa quæ iam scripsi, nil est diuersi, nisi quòd solerent Prytanes corona aurea donari bene administrata re nauali: qua negligentius curata, etiam si diligentißimè cæteras officij partes absoluissent, priuabantur. Latini etiam Græca uoce appellant Trierarchos. Cice. act. 3 in Verrem, ubi de testimonijs contra illum agit: Qua

de

de re, ait, Charidemum Chium testimonium priore actione dicere audiuistis, sese quum esset trierarchus, & Verrem ex Asia decedentem, &c. Item ad senatusconf. Trebellianum. l. Seius. Seius Saturninus archigubernius ex classe Britannica, testamento reliquit fiduciarium hæredem Valeriũ Maximum trierarchum, à quo petijt ut filius, &c. Facilè uincuntur Athenienses à Venetis. Verùm præter nouemuiros, qui armis, funibus, & nauali præsunt, nil mihi scribendum reliquit Gaspar Cõtarenus Cardinalis patricius Venetus: ita amplè & elegãter illius partes descripsit, ut uinci arte nequeat. De Turcarum autem apparatu maritimo, copiosè egi in nostra Turcica historia. quare ad cætera ueniendum.

DE VNDECIMVIRIS.

Cap. X.

VNdecimuiros Græco uocabulo τὸς ἕνδεκα dici solitos, quos etiam νομοφύλακες, atque ἐπάρχους, id est præsides nuncupabant, ex Polluce constat. Decemuiri, inquit, singuli à singulis tribubus eligi solebant, quorum numerum augebat γραμματεὺς, hoc est scriba. Horum erat officium fures conuincere, atq; carcere iam detẽtos iudicare: præterea plagiarios, quos ἀνδραποδιστὰς dicunt, & itẽ graßatores, indumentorũq; suppilatores, qui Græcè λωποδύται dicuntur, criminis conuictos pœna afficere.

Quòd

Quòd si apud illos deprehẽsi crimen diffiterentur, eos ad aliorum iudicum subsellia sistebant: apud quos si tormentis aut testibus fiterentur uicti, de pœna statuebant. erant itaq; ueluti pœnæ æstimatores, quales sunt hodie in Gallia ij qui Præpositi Mareschalorum uulgò dici solent: quibus non absimiles mihi uisi sunt, quo s Turcæ Vaiuod & Vaiuodlar numero multitudinis appellant. Possunt enim omne nebulonum genus comprehendere, & iudicibus proximis reddere: de pœna uerò statuere non possunt. Tales sunt uigilũ præfecti in tota Gallia, & ditione Venetorum, &, ut facile mihi persuadeo, ubiuis gentium. Locus ubi hi undecim nomophylaces iudicabant, νομοφυλάκιον dicebatur: in cuius posteriori parte ostiũ nomine χαρώνιον erat, quo ad extremum supplicium educi solebant sontes, non secus atq; in castris decumana porta à tergo erat, qua desertores et facinorosi milites ad pœnam educebantur. Demosthenes, κατα ἀριφογέτονος illorum meminit, ὅτι γὰρ, ἔφη, τὸ δεσμωτήριον διορύξας ἀπέδρα, τότε πρὸς γύναικά τινα ἔρχεται ὀνόματι Ζωβίαν, ἣ ἐτύγχανεν, ὡς ἔοικε, κεχρημένος πότε, καὶ κρύπτει καὶ διασώζει τὰς πρῶτας ἀυτὸν ἡμέρας, ἃς ἐξήτουν καὶ ἐκήρυττον οἱ ἕνδεκα. Quum enim effractis carceribus aufugit, ad mulierem quandam Zobiam nomine diuertit, qua aliquando usus fuerat: ea uerò abscondit et seruat primis diebus quibus undecim uiri per-

ri perquirebant hominem (Aristogitonem) atque per præcones sibi reddi satagebant. Ex quo loco patet statim admisso crimine illos perquirere & comprehendere solitos: quare meritò notauit Sudas hos νομοφύλακας à primis differre, quòd illi iudices, hi populares cogerent secundum legũ præscriptum uiuere, facinorososq; coercerent. Adferam item alium locum ex oratione eiusdem Demosthenis in Timocratem: ἐὰν δέ τις ἀπαχθῇ τῶν γονέων κακώσεώς ἡλωκὼς, ἢ ἀστρατείας, ἢ προειρημένων αὐτῷ τῶν νόμων εἰργεσθαι, εἰσιὼν ὅπῃ μὴ χρὴ, δησάντων αὐτὸν οἱ ἔνδεκα, καὶ εἰσαγόντων αὐτὸν εἰς τὴν ἡλιαίαν, κατηγορείτω δὲ ὁ βουλόμενος οἷς ἔξεστι. Si quis uerò denuncietur conuictus iniuriæ parentibus illatæ, aut non obitæ militiæ, aut qui in ea loca in quæ legibus non licet, se receperit, illum comprehensum ligent undecimuiri, sistantq; in heliæa (nomen est comitij, de quo suo loco) ubi ex his quibus lege licet, qui uolet accusato. Nolo hic obmittere, qua arte Veneti, quum illorum capitales magistratus non sufficerent, magna proscriptorum nebulonum furumq; turba regionem sibi subiectam liberarint. Sub finem belli quo ad Ticinum pugnatum est, multa improborum manus tam ob libertatem, quàm ob impunitatem scelerum undiq; exercituum colluuiem contrahendo Venetias ibant. Admißis itaq; illic multis sceleribus, quum aliquis ad pœnam perquireretur,

ſciens ſe criminis reum ab aduocatoribus, ut uocant, ad quadraginta uiros criminales delatum, fugienſq; lite peracta proſcribebatur, ut undiq; Venetiæ illis peſtibus ueluti obſiderentur. propoſitum eſt itaq; præmium proſcripto, qui præſentibus teſtibus ademptum caput alterius proſcripti offerret reipub. ſi tamen ille iugulaſſet: quo fiebat, ut quum illorum bona pars ſibi mutuò eſſet nota, ſeipſam conficeret: pauci ius ciuitatis repeterent, hiq; munere eo donati, probos in poſterum ciues agerent. Si illa lege in illos nebulones qui poſt bella inſurgunt, & furtis, ſtupris, cædibusq; Rempubl. totam labefactant, animaduerteretur, aut ruſticis ſua tuendo, illos cædendi fieret poteſtas quoties improborum audacia uim legum ſuperat, ex uſu eſſet Reipublicæ.

DE DECEMVIRIS PRÆSIDIBUS, qui græce πρόεδροι uocantur.

Cap. XI.

QVanuis hi præſides in quingentis uiris à quibus lecti erant, debebant tradi ueluti una tractatione, tamen quia primùm ſum maiorem numerum in magiſtratibus ſecutus, quodq; hi ſint longè celeberrimi, illis particularem tractationē ſeruare uiſum eſt. Ex quingentis ergo uiris ſingulis decem tribuum quinquaginta ſorte eligebantur, & item ex illis ſortitò noſtri decemuiri, penes quos ſingillatim

latim erat Reip. ſumma committenda. Verùm rogaret aliquis, quomodo ſorte poßit pro dignitate eligi, quem ipſa commendat uirtus? Facilè, ut uiſum eſt in Venetis, conſtitutis primùm ſorte electoribus qui nominarent, demum nomina in urnas coniecta cum ſuffragijs extraherent pro ſorte tribuũ, ut in iuuenibus ἐν τῷ λεξιαρχικῷ. i. in diario reipub. ob nobilitatem adſcribendis. Iam dixi, electis 50. ex ipſis, item deligi decem ſuffragijs tacitis, & fabis. quæ res quum uideatur maximè ſortẽ habere, nullum uirtuti aufert præmium, imò maximè ſecundum eam iudicat. Ex ipſis item decem ſelectis, ſeptem tantum officiũ præſidis aſſequi poterãt. Itaque inter illos decemuiros omnium ſuffragijs electos ſors ducebatur, ne ulli fieret iiniuria, dum tres relinquerentur. At quia is qui erat in magiſtratu, dicebatur ἰδιστάτης atq; πρόεδρος, præfectus et præſes, omnes eo honoris uocabulo gaudebant. Id uerò ſummopere cauebatur, ne ſecundò ulli liceret in anno eodem ad hanc adſpirare dignitatem. Quum eſſet in imperio, arcis ærarij publici claues, & Reipub. ſigillum ſeruabat: itaq; iungebat duo officia quæ diuerſa ſunt in Gallia, Cancellarij, & Maioris uiri, ut uocant, in quibus urbib. eſt libertas, aut ſi deſit Maior, Prætoris. Quoties autem Prytanes ſenatum conuocabant, ille nouem πρόεδρους à nouem tribubus deligebat. ab illa enim quæ prytaneuuſa

dicebatur, cuius erat caput, nullus assumi alius solebat. Præterea ex illis nouem sortitò deligebat successorem, cui Reipub. habenas permitteret. In ipso porrò consessu curabat, ne quid in causis omitteretur quod ad iudicum instructionem faceret, ubi causas prius illis commisisset: quale facit aut Cancellarius aut præses, quum remittit causas ordinario, au delegato tradit. Harpocration de epistatis hæc tradit, sententiam Isæi aduersus Elpagoram adferens. Duo, inquit, sunt constituti Athenis epistatæ: unus quidem ex prytanibus sorte delectus, alter uerò ex proedris, quorum quod sit officium, declarat Aristoteles in Atheniensium politia. uulgari uerò uocis usu ἀθιστάτης dicitur cuicunque negocio præfectus, ut notat Hyperides. Librorum Aristotelis quos de hac Repub. scripserat, iactura, me incitauit, ut dixi in principio, ad hoc instaurandum argumentum. Verùm ab epistatis ad proedros redeo. πρόεδρος unitatis uocabulo, tanquam totius politiæ dux & princeps erat: multitudinis autem, is ordo qui cæteris præsideret magistratibus, præscribendo. quorum dignitas πρόεδρια dicebatur. Demosthenes in oratione κατὰ τιμοκράτους maximam lucem adfert huic ordini: unde sententiam eius adferre uisum est: ἐπὶ δὲ τῆς πρώτης πρυτανείας τῇ δεκάτῃ, ἐν τῷ δήμῳ ἐπειδὰν εὐξηται ὁ κῆρυξ ἀθιχειροτονείαν ποιεῖν τῶν νόμων, πρῶτον μὲν περὶ τῶν βουλευτικῶν, δεύτερον δὲ

καὶ

καὶ περὶ τῶν κοινῶν, εἶτα οἱ κεῖνται τοῖς ἔννεα ἄρχουσιν, εἶτα τῶν ἄλλων ἀρχῶν. ἡ δὲ ἐπιχειροτονία ἔστω ἡ προτέρα, ὅτῳ δοκοῦσιν ἀρκεῖν οἱ νόμοι οἱ βουλευτικοί. ἡ δὲ ὑστερὰ, ὅτῳ μὴ δοκοῦσιν. εἶτα τ κοινῶν κατὰ ταυτά. τὴν δὲ ἐπιχειροτονίας εἶναι τῶν νόμων κατὰ τὸς νόμος τὸς κειμένος. ἐὰν δὲ τινες τῶν νόμων τῶν κειμένων ἀποχειροτονηθῶσιν, τὸς πρυτάνεις, ἐφ' ὧν αὖ ἡ ἀποχειροτονία γίνηται ποιεῖν περὶ τῶν ἀποχειροτονηθέντων τὴν πολυταίαν τ δίκῃν ἐκκλησίαν. τὸς δὲ προέδρους, εἰ αὖ τύχωσι προεδρευόντες ἐν ταύτῃ τῇ ἐκκλησίᾳ χρηματίζειν ἐπάναγκες. πρῶτον μετὰ τὰ ἱερὰ περὶ τῶν νομοθετῶν, καθ' ὅτι καθεδοῦνται, καὶ περὶ ἀργυρίου, ὁποθεν τοῖς νομοθέταις ἔστω. τὸς δὲ νομοθέτας εἶναι ἐκ τ ὁμωμοκότων τὸν ἡλιαστικὸν ὅρκον. ἐὰν δὲ οἱ πρυτάνεις μὴ ποιῶσι κατὰ τὰ γεγραμμένα, ὀφείλειν τ μὴν πρυτάνεων ἕκαστον. χ. δραχμὰς ἱερὰς τῇ θεῷ, τ δὲ προέδρων ἕκαστος ὀφείλετω. μ. δραχμὰς ἱερὰς τῇ θεῷ. καὶ ἐνδείξεις αὐτ ἔστω πρὸς τὸς θεσμοθέτας, καθάπερ ἐάν τις ἄρχῃ ὀφείλων τῷ δημοσίῳ. οἱ δὲ θεσμοθέται, τὸς ἐνδεχθέντας, εἰσαγόντων εἰς τὸ δικαστήριον καὶ τὸν νόμον, ἢ μὴ ἀνιόντων εἰς ἄριστον πάγον ὡς καταλυόντες τὴν ἐπανόρθωσιν τ νόμων. πρὸ δὲ τῆς ἐκκλησίας, ὁ βουλόμενος ἀδεωάιων νομοθετεῖν, ἐκτιθέτω πρόθεν τ ἐπωνύμων, γράψας τὸς νόμους οὓς αὖ τιθῇ, ὅπως αὖ πρὸς τὸ πλῆθος τ ἐκτιθέντων νόμων ψηφίσηται ὁ δῆμος περὶ τοῦ χρόνου τοῖς νομοθέταις. ὁ δὲ τιθεὶς τὸν καινὸν νόμον, ἀναγράψας εἰς λεύκωμα, ἐκτιθέτω πρόθεν τ ἐπωνύμων ὁ σημέραι, ἕως αὖ ἐκκλησία γένηται. αἱρεῖσθαι δὲ καὶ τὸς συναπολογησομένους δῆμον τοῖς νόμοις, οἱ αὖ

ἐν τοῖς νομοθέταις λύωνται πέντε ἄνδρας ἐξ ἀθηναίων ἁπάντων, τῇ ἑνδεκάτῃ ἑκατομβαιῶνος μηνός. quorũ uerborum sensum appendendũ curabo. Vndecima primi mensis die, postquàm apud populum uota præcofecerit, in suffragium ad leges comprobãdas eatur, primùm scilicet illas quæ ad senatum pertinent, secundò quæ ad plebem, postremo loco ad perpendendas quæ à nouẽ uiris latæ sunt, ac demum à cæteris magistratibus. Prima autem in suffragia coitio, sit eorum quibus uidentur probandæ, quæ ad consilium senatûm ue faciunt. Altera, illorum quibus improbandæ uidebuntur. Hoc uerò suffragium secundum legũ præscriptum esto. Quòd si continget quasdam ex his quæ antea latæ sunt, abrogari, prytanes qui tunc sunt in officio, senatum de ea re postrema comitiorum die habento. Proedri uerò eius prytaniæ de illis etiam sententiam dicunto. Primò quidem de his quæ ad religionem, postea de nomothetis, quamobrẽ consideant, demum undé nam ppßit ipsis nomothetis pecunia ad reip. munia suppeditari, sanciunto. Hos autem nomothetas ex eorum ordine qui in heliæa iurauerint, sunto. (de heliæa postea dicam) Quòd si prytanes secundum legum præscriptum senatum non habuerint, pariter si proedri non retulerint secundum ius & æquum, singuli prytanes mille drachmis multantor, quæ in ærariũ Palladis cõsecrantor: si proedrôn aliquis,

idem

idem quadraginta drachmas deæ dato. Illorum autem accusatio apud thesmothetas fiat. pariter si æri publico obnoxius in magistratu sit, cognoscunto. Hi uerò thesmothetæ sibi eo nomine delatos criminisq́; conuictos in carcerem concludunto. Quôd si id facere neglexerint, infamiæ notam subeunto, consortioq́; Ariopagitico arcentor, ueluti legum emendationem peruertentes. Antequàm uerò de suffragijs ferendis senatus habeatur, quicunq; legem rogaturus est, illam pro eponymorum statuis proscribito, adscriptis omnibus quas latas cupit, ut pro legum propositarum numero, populus ipsis nomothetis tempus decernat ad leges examinandas. Qui uerò nouam legem rogat, is non tantum semel, sed quotidie pro eponymorum statuis eam exponat, donec habeatur senatus. Populus uerò quinque uiros ex omni Atheniensium numero eligat, qui legum patrocinium suscipiunto, quibus id sit inter nomothetas permissum, undecima hecatombæonis. Hactenus de lege: nunc ex eodem authore atq; eadem oratione iusiurandum τῶν ἡλιαστῶν est adscribendum, Ψηφιοῦμαι κατὰ τοὺς νόμους καὶ τὰ ψηφίσματα τοῦ δήμου τῶν ἀθηναίων, καὶ τῆς βουλῆς τῶν πεντακοσίων, καὶ τύραννον οὐ ψηφιοῦμαι εἶναι, οὐδὲ ὀλιγαρχίαν, ἐὰν δέ τις καταλύει τὸν δῆμον τῶν ἀθηναίων, ἢ λέγει ἢ ἐπιψηφίζει παρὰ ταῦτα οὐ πείσωμαι, οὐδὲ τῶν χρεῶν τῶν ἰδίων ἀποκοπὰς, οὐδὲ ἀναδασμὸν γῆς ἀθηναίων, οὐδὲ οἰκιῶν

τὸς φεύγοντας κατάξω, οὐδὲ ἂν θάνατος κατέχωσι, οὐδὲ τοὺς μίσουντας ἐξελῶ παρὰ τοὺς νόμους τὸς κοινοὺς, καὶ τὰ ψηφίσματα τοῦ δήμου τῶν ἀδικούντων καὶ βουλοῦς, ὅτι αὐτὸς ἐγώ, ὅτι ἄλλον οὐδένα ἐάσω, ὅτι ἀρχὴν καταφύσω ὥστε ἄρχειν ὑπεύθυνον ὄντα ἑτέρας ἀρχῆς καὶ τῶν ἐννέα, ἀρχόντων, καὶ τοῦ ἱερομνήμονος, καὶ ὅσοι μετὰ τῶν ἀρχόντων κυαμεύονται ταύτῃ τῇ ἡμέρᾳ, καὶ κήρυκος καὶ πρεσβείας καὶ σωφρόνων, οὐδὲ δὶς τὴν αὐτὴν ἀρχὴν, τὸν αὐτὸν ἄνδρα, οὐδὲ δύο ἀρχὰς ἄρξαι τὸ αὐτὸ ἐν τῷ αὐτῷ ἐνιαυτῷ. οὐδὲ δῶρα δέξομαι τοῦς ἡλιάσεως ἕνεκα, ὅτι αὐτὸς ἐγώ, ἕτερος ἄλλος ἐμοί, ὅτι ἄλλοι εἰδότος ἐμοῦ, ὅτι τέχνῃ, ὅτι μηχανῇ ὀνήσεμία. καὶ γίγνοιαν ὀκτὼ ἢ τριάκοντα ἔτη. καὶ ἀπροσδόσομαι τοῦς κατηγόρους καὶ τοῦ ἀπολογουμένου ὁμοίως ἀμφοῖν. καὶ δίκας ψηφιοῦμαι περὶ αὐτοῦ, οὗ αὐ ἡ δίκαιος. ἐπόμνυμι δίκας ποσειδῶνα δήμητρα ἀπαρᾶσαι ἐξωλείαν τῇ οἰκίᾳ τῇ ἐμαυτοῦ εἴ τι τούτων παραβαίνοιμι. Sententiã feram secundum legum, ac populi Athenienſis plebiſcitorum, atque ſenatus quingentorum uirorum præſcriptorum. Meo fauore aut ſuffragio nec tyrannis nec oligarchia in Remp. recipietur. Nec ſi quis corrupto Athenienſium populo aut ſtatuat, aut uelit contrarium, uſquam in illius ſententiã pedibus ibo. Tabulas nouas, alieni ue æris reciſionem, agri Atticici domorum ue diuiſionem nunquam fieri permittam. Nullos exules reuocabo, uti nec proſcriptos: Vt ediuerſo nemimem qui ciuitatis iure utatur, contra leges, & Athenienſis populi decreta, ſenatusq;

quin-

quingentorum authoritatem, usquam urbe eijci patiar, nec quemuis alium iniuria id facere permittam. Magistratum nullum constituam, ut possit ille qui rationes anteacti magistratus nõ reddiderit, fungi alio magistratu, siue ex nouemuiris, siue qui sacris publicis functus sit, uel ex illis qui cum nouem principibus proedris sãbis eligũtur, legatis ue aut assessoribus fuerit. (erant primariæ dignitatis hi omnes) Nec permittam bis in anno quenquam eundem magistratum gerere, nec duos in eodem anno. Nulla munera recipiam, sordés ue iudicij causa sectabor, nec ipse, nec alius me conscio. Sum natus annos non minus triginta. Audiam accusatorem et defensorem ex æquo, sine affectibus & personarum ratione: illumq; cõdemnabo quem meritò causa cadere cognouero. Adiuro Iouem ipsum, Neptunum, Cererem, ut perniciem in meipsum meamq; familiam immittant, si quid horum transgrediar. Hæc Demosthenes: in quibus maximũ fuisse etiam ethnicis æquitatis studium monstrat. Postquàm satis dignitas decemuirorum, pariter & officij ratio est etiã ab eodem tradita, de comitijs ἡλιαστῶν nunc sum dicturus.

DE SVBDIALIBVS COMITIIS, quæ græci ἡλιαίαν dicunt. Cap. XII.

HΛIAIA καὶ ἡλίασις, maximum Athenis tribunal erat (inquit Harpocration) in quo publi-

ca iudicia ultrò citroq; causis agitatis tractabantur à mille aut mille quingentis primæ notæ ciuib. quingenti uerò solebant uno in loco esse, mille duobus in iudicijs, mille & quingenti in tribus. ἡλιάζεσθαι autem erat ius in eo loco dicere: ἡλίασις uerò ipsa in iudicijs diuersatio. Lysias ἡλιαία καὶ ἡλιάζεσθαι pro eodem est usus. Hactenus Harp. Interpres uerò orationis κατὰ τιμοκράτους ita de hac re tradit. ἡλιαία, inquit, locus magni senatus, & iudicũ multitudo ibidem ius dicentium dicitur. ἡλιαία autem uocatus est locus παρὰ τὸ ἡλιοῦσθαι καὶ συναθροίζεσθαι τὸ πλῆθος τῶν δικαστῶν, quòd illic iudicum multitudo congregari sit solita, α in ι mutato, ut crebrò fit. Alij uolunt (quæ melior esse sententia uidetur) inde dictum locum, quòd sit sub dio. ἥλιον enim, id est solem, in eum radios immittere. Pollux ita tradit: ἡλιαία erat quidem uno consessu quingentorum iudicũ, duobus, si mille: tribus, si mille quingenti. Calculos uerò quibus in suffragijs utebantur, habebant duorum generum, condemnandi, & absoluendi: probandi ue, aut improbandi: solidum unum, perforatum alterum. Vas porrò habebant quod κάδον Græci uocant, infundibulo simile, per quod demittebãtur suffragia in duas urnas, quarum altera lignea, ænea altera erat, probandi & improbandi: de quibus cætera dicã, ubi de iudiciorum aut fori locis agam. Interpres uerò orationis κατὰ

τιμο-

τιμωρήματα diuersum habet, loco calculorum fabis uti nigris & albis solitos, ut differrent: quemadmodum calculorum unus erat solidus, alter perforatus, unde quòd κύαμοι fabæ dicantur, κυαμεύεσθαι fabis sortiri & magistratum deligere significat. inde etiam Pythagoram aiunt per fabarum abstinentiam, non leguminis (ut uolunt) flatuosi, & cuius bilum pudenda effingat, usum prohibuisse: sed ei qui uelit in pace degere, atque fortunæ ictibus non subijci, ambitiose magistratus & dignitates non esse appetendas significauisse.

DE QVÆSTORIBVS GRAIA uoce ἀποδέκταις uocari solitis.

Cap. XIII.

SInguli à singulis tribubus, decem uidelicet numero, erant ἀποδέκται, coactores quæstores ue, quos nostrum uulgus collectores taleæ in indictionibus, receptores dominij & auxiliorũ in canonibus & oblationibus uocare solet. Alioqui peculiari uocabulo Græci & Latini γραμματὰς & indictionales coactores uocant, quos patrio uocabulo Collectores taleæ dicimus, sed græcæ linguæ copia præterea συλλογέας & ἀγυρτὰς, idem significantibus uocibus appellat. ἀποδέκτων munus erat acceptis à rep. libellis (ut solent apud nos Electi, quum prouincialibus & locorum singulorum quæstoribus summam à rege ob ingruentia negocia significant

cant expetendam) cogere eos qui aliquid Reipub. deberent, id ut soluerent, ac pro facultatum ratione in Reipubl. discrimine numerarent. Præsens aderat dum reciperent, antigrapharius, quem uulgò Contrarotulatorem dicunt: quumq; quicquam numeraretur, in diario accepti & impensi rationes omnes transcribebat: de quo postea latius. Apud logistas uerò rationes rerũ omnium reddebantur, ne dum pecuniæ. Verùm paucis absoluens meos quæstores, statim illos logistas subnectam. Si quid ergo reddita & exposita ratione reliquarum esset, statim, quandiu pro re sua possent, id persoluebant, atque deleta summa diario publico inscripta, absoluebantur. Quòd si (ut non rarò contingit) aliquid maioris momenti oboriretur unde lis posset nasci, ipsam ad nouemuiros contestandam deferebant, atq; iudicatum solui satagebant. ἀποδεκτῆρες in hoc tantum ab illis differebant, quòd hi tantum recipere, non item cogere poterant. mitius itaque hoc uocabulum est: quod patet in eo libro qui Aristoteli sub titulo de Mundo, adscribitur: χωρὶς δὲ τούτων ἄλλοι καθεστήκεσαν προσόδων ταμίαι, καὶ στρατηγοὶ πολέμων καὶ κυνηγεσίων, δώρων δὲ ἀποδεκτῆρες, τ̃ τε λοιπῶν ἔργων ἕκαστοι κατὰ τὰς χρείας ὠδιμεληταί. Præter eos uerò constituti erant quæstores ærarij, bellorum duces, ac uenationi præfecti, præterea donorum susceptores, aliorumq; operum pro necessitate cu-

te curatores. Latini illos uoce paulò moderatiore susceptores dixere. C. de defen. ciuita. l. Iubemus. Iubemus cura ac solertia defensorum minimè possessores maioribus mensuris & ponderibus à susceptoribus prægrauari, sed eos deprehẽsos, &c. Hæc Budæus. Puto sanè iurisconsultũ intelligere per susceptores, illos quos receptores auxiliorum dicimus, qui aliquando cogunt res fisci maiori mensura aut pondere nomine regio persolui, non quidem ut regi reiue publicè prosint, sed ut sub regi nominis terrore rem maximè augeant.

DE LOGISTIS, QVOS RATIONVM MAGISTROS DICIMVS. Cap. XIIII.

ΛΟΓΙΣΤΑΙ, inquit Harpocration, sunt etiam decẽ uiri singuli à singulis tribubus electi, quibus omnes magistratu functos intra triginta dies quàm magistratu decessissent, oportebat rerum omnium administrationis rationem reddere, quod Graij λογίζειν & λογίζεσθαι dicunt. Aristoteles in Atheniensium politia scripserat, ut idem author scribit, illos ἀπὸ τῶν εὐθύνων, ab euthynis, qui aliud genus rationis audiunt, differre. Assidebant εὔθυνοι nouem principibus, repetendarumq; agebant iam magistratu functos qui æris aliquid publici auertissent. Duo, inquit Pollux, erant Athenis logistæ, unus in senatu, alter in rebus extra senatum administran

nistrandis: qui ambo à senatu eligebantur, ut rerum omnium in Rep. *administratarũ rationes audirent.* Duos credo Pollucem *scripsisse pro duobus generibus, quum & cæteri authores plures scribant, & fieri non potuerit, ut duo soli tot rationibus audiendis satis essent.* Verùm duos ueluti *præsides possumus in eo intelligere.* Id *muneris in Gallia habemus præstantißimum, quod ad fisci res attinet, in eo loco* Parisiis *quem* Cameram Computorum *uulgò dicunt: ubi qui sunt summa dignitate, præsides: qui secunda, auditores: qui tertio loco, clerici computarum dici solent.* Oblatos *à quæstoribus libellos hi recipiunt, recitantq; audientibus & supputantibus auditoribus, hi recitant primis iudicantibus.* Nec *tantum rem pecuniariam in rationem deducunt, sed & quicquid olim regio censui acceßit aut deceßit, notant, inq; locos communes secundum annorum multitudinem collocant, ut quum opus est aut litis causa aut aliter de publici æris rebus agere, statim diarium promant, quod fidem faciat.* Triumuiri calculatores Venetijs *sunt à publicis rationibus.* Nec Turcæ *eo carent magistratu: habent enim suum* Barat emin, *impẽsis præfectum, qui cum quatuor uiris rationes fisci audit.* Verùm *non ociosum fuerit ex oratione* Æschinis *contra* Demosthenem *&* Ctesiphontem *officium logistarum amplius aperire:* πρῶτον μὲν τὴν βουλὴν

τὴν

τῶν ἀεὶ πάντων ἐγγράφειν πρὸς τὸς λογιστὰς ὁ νομὸς κελεύει, λόγον τε καὶ εὐθύνας διδόναι, καὶ ἐπὶ σπουδαρχῶν τῶν μεγίστων κύριον ἄντα ὑπὸ τῶν ὑμετέραν ψῆφον, (καὶ μὴ τίμητα) καὶ πάλιν τῶν βουλευτῶν τὸς πολυπραγμονεῖν ὑπεύθυνον πεποίηκεν ὁ νομοθέτης, καὶ ὅταν ἰσχύρας ἀπιστεῖ τοῖς ὑπεύθυνοις, ὥστε ἀρχόμενος τὸν νόμον λέγει, ἀρχῶν ὑπεύθυνον μὴ ἀποδημεῖν. Et paulò post: πάλιν ὑπεύθυνον δὲ καὶ τῶν ὁσίων καθιεροῦν, ἐν ᾗ ἀνάθημα ἀναθεῖναι, ἐν ᾗ ἐν ποίῳ γενέσθαι, ἐν ᾗ διαθέσθαι τὰ ἑαυτοῦ. ἐνὶ δὲ λόγῳ, ἐνεχυράζει τὰς ὁσιάς ὁ νομοθέτης τὰς τῶν ὑπευθύνων, ἀλλ' ἔστί τις ἀνὴρ ὅς ὅτι ἐλείφθη ὀλίγον τοῦ δημοσίου, ὅτι ἀνήλωκε, προσῆλθε δὲ πρός τι τοῦ κοινοῦ, καὶ τοῦτον ἀποφέρειν κελεύει λόγον πρὸς τὸς λογιστάς. καὶ πῶς ὅγε μηδὲν λαβὼν, μηδὲ ἀναλώσας ἀποίσει λόγον τῇ πόλει; αὐτὸς ἀποβάλλει καὶ διελάσας ὁ νόμος ἃ χρὴ γράφειν, κελεύει αὐτὸ τοῦτο ἐγγράφειν, ὅτι ὅτι ἔλαβον ὀλίγον τοῦ τῆς πόλεως, ὅτι ἀνήλωσα. ἀνεύθυνον δὲ καὶ ἀξιῶν τοῦτον καὶ ἀνιέντα τον, ὀλίγον ὄντ τῶν ἐν τῇ πόλει. & post recitata legem subiungit, ὅκοῦν ἐχρῆν σε ὦ δημόσθενες, ἐᾶσαι τοῦ τῶν λογιστῶν κύρυκα κηρύξαι τὸ πάτριον καὶ ἔννομον κήρυγμα τοῦτο, ΤΙΣ ΒΟΥΛΕΤΑΙ ΚΑΤΗΓΟΡΕΙΝ:

Primùm quidem, ait, lex iubet sanctißimum Ariopagitarum senatum apud logistas inscribi, rationibusq; reddendis esse obnoxium. Illicq; uult, ô Athenienses, secundum uestræ sanctionis præscriptum, hominum amplißimorum dominũ fieri Logistam. Præterea quingentos uiros uult rationes magistratus sui reddere. Ita uehementer diffidit

Respub. his qui rerum rationem non reddidere, ut sub ipsum statim legum exordium dicat magistratum rationi reddendæ obnoxium (nam ὑπεύθυνος, quod ait, & actiuè & passiuè capitur, nempe tam pro illo qui rationem exigit, quàm pro eo qui illam reddit) non debere peregre proficisci, non habere suarum rerum potestatem, non posse diuis quicquam consecrare, non adoptiuum fieri, nõ posse in summa de suis rebus quicquam statuere: sed omnes illorum facultates qui Reipub. rationes non reddiderint, oppigneratas reipub. uult legislator. At dicet aliquis: quidam fuit in aliquo ordine, qui nil usquam nomine publico accepit, aut expendit. Etiam hunc uult rationem reddere oportere. Verùm quî poterit, qui nil habuit? Iubet lex isthuc ipsum inscribere: Nil unquam publico nomine accepi aut expendi. Immune quidem certè rationis reddendæ in ciuitate nil debet esse. Subiungit paulò pòst: Num oportebat te ô Demosthenes, secundum patriam consuetudinem permittere ut logistarum præco proclamaret, τίς βούλεται κατηγορεῖν? quis uult accusare? Hæc Æschines. Cætera iam antè tradideram. Proculdubio si hæc lex tantam apud nos uim haberet, reprimerentur coactorum furta, electorum technæ, quæstorum fraudes, iudicũ sordes, fauores, oppressiones, si semel testes omnes admitterentur, proposita tamen falsis testibus & accusa-

cusatoribus capitis pœna. Quot enim putas misere laceratos, enecatos, spoliatos, de suo iure deturbatos, ea una de re mutire non audere, sed altũ cor de dolorem ægrè premere, quòd non est liberè sine forma accusandi locus? unde innumeræ iniuriæ. Vnum sanè id dicere de repub. Galliæ non uerebor, quòd nullam rationem perpetuus reddat magistratus, contingere, ut quicquid fraudis & iniuriæ usquam ubiuis terrarum fuerit, leuißimum uideatur, si cum immortalitate & uersutia litium & litigantium alumnorum conferatur. Præstantißimus in eo genere est, qui fraudulentißimus. Ius ipsum ciuile potius numorum aucupium, quàm quouis alio uocabulo dici potest. Videas bene dicacem hominem, decem aut paucioribus annis centena aureorum milia cumulare: quum interim miseri litigatores ante litis finem non aduertant, qua de re uterq; cõtendit, id cessisse patronis & sanguisugis: & interim si quis sit perditißimus horum, potißimum qui sunt in curijs magna authoritate affinis ruri, idem non raro ui aut dolo facit in cæteros homines, quod hi stoliditate partium sunt soliti. Quamdiu enim in curia aget qui illi faueat, authoritateq; poleat, eludet miseros, oraq; illis obturabit. Nam nil tam sceleratum est, quin possit iure nimis subtiliter enucleato, aut contorto potius, nõ tantum excusari, sed æquũ uideri: ut ediuerso, nil est tam san-

ctum, tam antiquum, quin poßit iniuſtum & uindicandum iudicari. Ita ſane pauperi ſumptibus, ſacerdotum, principis, militiaq; graſſantis ubiuis terrarum oppreſſo, inter has aranearũ telas uix quicquam licet poßidere certi. Nolim eſſe hoc in loco κάντις κακῶν, ut inquit ille: ſed niſi me fallit coniectura, futurum eſt ut hæc iudiciarij, ordinis labes propediẽ aut accipiat, aut quicquã magni mali & repentini reipubl. adferat. Nil enim refert, palàm an per cuniculos in alienas poſſeßiones inuoles. Certe quoties ita ſunt obtriti plebeij, diuina illorum ultrix prouidentia adfuit, rerumq; ſtatum frequenter mutauit, ſuperbosq; depreßit. Peccatur uerò inter nos, qui Chriſti ſancto nomine tegmine, quàm ab ethnicis uel impijs, longè grauius, duplici nomine. Illi enim deo & hominis ſcopo deſtituti, palàm irruebant in tenues pro libidine: nos & ſacroſancto IESV CHRISTI Euangelio & legib. quibuſcunq; abutendo, uitiaq; tegendo deteriora clãculum, quàm illi olim palàm, cõmittimus. Vnum id poſſum de Gallia noſtræ tempeſtatis dicere, nam non eſt tibi ſimilis: omnia, præter lites, in ea eſſe mortalia. Vetuſti mores nullæ leges, leges uetuſtæ pauimentum uetus. O ſi liceret accuſare quotannis functos magiſtratu. At quis cuſtodiet ipſos cuſtodes? Ad te æquißime Cancellarie, tanquam iuris aſylum niſi recurrant miſeri, actum de re illorum

lorum est. Logistas & uocabulo suo nouerant Latini, reiq; publicæ curatores appellabant. l. curator. C. de modo multar. Curator reip. (inquit imperator) qui græco uocabulo logista nuncupatur, multandi ius non habet.

DE CVSTODIBVS, QVOS GRÆci ἀντιγραφεῖς uocant. Cap. XV.

QVos Graij ἀντιγραφέας dixere, Latini custodes, aut græca uoce antigrapharios appellarũt. Aderant hi obseruatores his de quib. proximo capite egi, rationesq; omnes in diario scribebant: quo nostri facere solent in omni administratione publica, pecuniarum præcipuè, Æschines κατὰ κτησιφῶντος. πρῶτον μὲν τοίνυν ὦ ἀθηναῖοι, &c. Primùm quidem ô Athenienses, suffragijs eligebatur antigrapharius urbi, qui in singulis Prytanijs prouentuum rationes populo recitaret. Vlpianus Tit. de admi. tut. l. Si plures. Dati sunt, inquit, quasi obseruatores actus eius & custodes, Suidas ait τὸν γραμματέα καὶ ἀντιγραφέα eadem significatione esse, fortasse iam degenerẽ linguã suo seculo secutus. uocãt enim uulgari uoce τὸν γραμματικὸν, scribam & antigrapheum græci omnes. subiungit autem, primum acta senatus recitare solitum, alterum transcribere. Statim uerò sui immemor, palinodiam cantat, sed in melius meo iudicio mutata sententia. Alterum enim ait fuisse in senatu, alterum in publica

administratione obseruanda: quod & rationi, & hodierno rerum usui apud nos est consentaneum. In curijs enim omnib. est scriba, qui calamo celerrimè à iudicibus prolata excipit, quem γραμματέα nominare possumus. Alter est qui singulis accepti & impensi publici rationibus adest custos aut antigrapheus. Verùm & de scribis dicere ex occasione operæpreciũ uidetur. γραμματεῖς erant scribæ tres numero, ait Sudas, quos Romani à secretis dicunt, qui acta senatus sanctiora transcribebant, seruabantq;. Cæteri tamen Græci uolunt à singulis tribubus singulos fuisse: quod uero similius est. Nam qui fieri potuisset, ut tam ingens Reipublicæ moles, populusq; seditioni natus, tantum tres scribas haberet, quum tot essent iudicia, iudicumq; ordines, quibus ipsis necessariò aderant singuli? Æschines διὰ κτησιφ. etiam addit, scribas solitos illorum nomina excipere & seruare, qui administratæ Reip. essent rationem reddituri: & quoad reddidissent, in publicis diarijs conseruare. qua in re ferè illis conuenit cum nostris. Nulla Respub. mihi uidetur illis carere potuisse. itaque nullam comparationem addere uisum est.

DE QVÆSTORIBVS ILLIS QVOS Græci demarchos uocant. Cap. XVI.

QVos Græci δημάρχους nominant, an rectè quæstores uocare debeam, an ex ui uerbi tribunos

ple-

plebis, quum apud nos tale exactorum genus inusitatum sit, nescio. Videbitur ex officio uis nominis, & propria appellatio. Scribunt multi fuisse decem numero, ueluti tribunos plebis, aut singularum tribuum duces: de qua significatione hic non ago. Iulius Pollux ait, illos in locum ναυκράρων, ναυκλάρων, ναυκάρων ue (nã hoc nomen ita diuersum pro re eadẽ apud uarios authores est) succeßisse: fuisse uerò in singulis tribubus XII. partes, quæ singulæ ναυκραρίαι dicebantur, quibus ipsis singuli præerant demarchi. ναυκαρίαι autem singulæ tempore belli duos equites & nouem unam suis sumptibus dare & ornare, illisq; ad finem belli sumptum facere nomine Reipubl. debebant. Erant ergo ναυκαρίαι CXX. demarchi totidem, naues totidem, equites CCXL. quum belli ingrueret neceßitas, sine illis quæ ab ærario publico petebantur. Curabant primò quæ ad ius naucratiæ pertinerent conseruari, sarta tectaq; omnia haberi: unde quum crebrò exigerent, erant pauperibus moleßtißimi, quum pro ratione soli, ædium, merciũ, aut artis, soluere cogerentur. nisi enim soluerent, ἐνεχυριάζοντο, id est pignora capere, auctioneq; distrahere ad summæ usq; rationem poterant. Ad illas moleßtias popularium alludit Aristophanes in Nebulis, his uerbis:

Δάκνει μὲ δήμαρχός τις ἐκ τ̃ γραμάτων.

Aliquis, inquit, demarchus me mordet ex lecto. In-

dicat autem illa allusio κόρεως, id est cimicem, ut dit interpres, quòd tenuioris fortunæ homines soleant cominuis affici molestijs à coactoribus, non secus atq; cimicibus noctu somnum excutientibus. Locus ille alioqui non caret ardua difficultate, quomodo Demarchus unus possit ex culcitra ad mordendum prodire. Vt autem Demarchi minori popularium iniuria corraderent, describebant in singulis regionibus (nec enim Athenæ tantum Athenæ fuere) atque agri Attici prouincijs quantum agri fertilis sterilis ue esset, demum quantum quisquè posideret: (ut in illis indictionibus quas regales taleas uocant, in Gallia Narbonensi fieri solet) demum pro possessionis ratione, merciumq; usu exigebāt: quod an sit olim factū in tota Gallia, nescio: id unū scio, si fieret, electorum ars eludi posset, qui à publicanis aut ditioribus accepta pecunia traducunt summas in alios pagos aut impotentiores, aut æquè afflictos. coercerentur præterea (nisi iam excogitasset contra illorū fraudes sanctionem Poyetus Cancellarius) illi nobiles qui tenuiorum terras obnoxias regio censui, suis adiungunt, immunesq; reddunt. Præterea non pauci aut proprij compendij aut fauoris gratia uillas & censuum omnia genera conducunt, illaq; nundinatione, pecuniæ publicæ non parum auertunt. Etiā negligentia illa transcribendi soli contingit, ut qui inter ipsos paræcos

sunt

ſunt tenuiſſimi, ferè omnia perſoluant: diuites quia alternis annis publicani ſolent eligi, ut ſummam nondum perceptam repræſentent, ſibi mutuò parcunt, atque ſecundum prouerbium, manu manum fricant: quapropter aut res fiſci ad certã pecuniam æſtimari, aut coactores omnium iudicio æquiſſimi delecti deberent perpetuò in officio eſſe, ne locus talionis in eos eſſet: aut communi popularium ſuffragio ſumma conſtitui illis deberet. tum enim non facilè fierent ſolitæ iniuriæ. Verùm longè amplius in ſecundo Reipublicæ Turcicæ uolumine iſta iam tradidi, quò remitto lectorem. Poſt curatam illam pecuniam quæ erat imperata, ſecundo officio Demarchi eos iuuenes quibus per ætatem liceret τὴν λῆξιν ἄρχειν, ſucceſſionem hæreditatem ue adminiſtrare, ἐν τῷ ληξιαρχικῷ, in diario uidelicet hæreditario, adſcribebant: quæ res magnam adferebat utilitatem. Nam iunioribus, & rerum imperitis, non licebat rem domeſticam, dum fingunt ſe uelle ſeorſum agere, decoquere, & paternas atq; adeò fraternas & auitas opes abſumere. unde innumeræ lites apud nos ſcaturiunt, non rarò & cædes: ſummaq; inopia multos per ſcelerum licentiam, quam in re paterna diſſipanda didicere, ad laqueum adigi certum eſt. Deinde quoties ſuper ætate oriebatur contentio (quod quum alibi frequenter, tum maximè in magiſtratibus dandis & accipiendis

erat ſolitum contingere) diarium ubi ſtatim nati ſcribi ſolebant, fidem faciebat ueri. In qua etiam re maxime Poyeti prudentiam admirari licet, qui regijs ſanctionibus curauit ut paræci, curiones, ſeu uicarij ſingulos ad ſacram intinctionem oblatos infantes in paræciæ diario adſcriberent. Tertia utilitas inde manans, erat tyronum ad rem militarem opportuna electio: ex qua obſeruatione hodie Turcæ, gens alioqui non uſque adeò rerum perita, perpetuo milite abundant, ultraq; CCC hominum milia delecta ſemper ex iuuentute Græciæ habent, qua præclariſſimæ orbis parti imperando, noſtro capiti imminent. Sed de his alibi commodius. Conuocare præterea ναυκραρίας ſuas ſinguli demarchi in urbē ad leges accipiendas ſolebant. Crediderim ſanè eam appellationem eſſe deprauatiſſimam, quum uix, ut iam dixi, inter duos authores in eo nomine conueniat: quamobrem uariorum authorum authorum ſententiam adferendam de ea duxi, eamq; lectori excutiendam relinquere. Demoſthenes κατὰ τιμοκράτους uocant ναυκρατικά, μὴ ποτε, inquit, τὰ ναυκρατικὰ βέλτιον φέροιτο ἢ τοῖς ἀτθικιανοῖς. Ne fortè naucratica, id eſt res tribuū, melius in Atticianos procederent. Ariſtophanis interpres ναυκράρους demarchos appellat. Demarchi, inquit, ſcribebant in diarijs eorum nomina qui Reipub. debebant quippiam. Ad hæc libellos lexiarchicos apud ſe ſeruare ſolebant

solebant, congregabantq; populum ad leges quum opus esset accipiendas, quibus ipsis popularibus easdem offerre solebant. Aristoteles autem de Clisthene ait (scribit idem interpres cum Harpocratione) quòd quum esset in summa reip. authoritate, fecerit eodem esse instituto Demarchos cũ naucraris seu nauclaris, qui à Solone creduntur primùm instituti. Hi pompam in Panathenaicis ornare solebant. paulò mox subdit idem interpres, Est autem Demarchus idem qui & ἐπώνυμος. diuersum à cæteris authoribus scribendo. Verùm ex uocis ratione parum errant. Item Asclepiades Alexandrinus τὸς κατὰ τὸν δῆμον ἄρχοντας δημάρχους uocat. ut uerò scribit Demetrius Phalereus, Solon maxima diligentia curauit constitui Demarchos, qui inter populares principes essent, simulq; quod æquum & iustum reipub. erat, exigerent darétue. Hæc interpres, omnia in dubium relinquens: ex quo loco illius ingenij curiosam ostentationẽ magis quàm acutum iudicium licet deprehendere. Harpocration ait: Erat ναυκράτις Ægypti emporiũ. Si uerò legamus ναυκρατικά, sunt res principum. Nam olim τὸς ἄρχοντας, id est principes, ναυκράρους appellare soliti erant, teste Herodoto in decimoquinto historiarum. Verba sunt Harpocrationis, quæ indicãt, etsi Musas Habemus Herodoti, tamen alia eum scripsisse quæ temporum iniuria periere.

DE QVÆSTORIBVS REPETUNDARUM, quos græci εὐθύνους dicunt. Cap. XVII.

DEcem erant ἔνθυνοι, aliâs χρεῶται, debitorum exactores: κυβερῶται, rectores: διορθῶται, emendatores: εὐθυντῆρες, directores: δικαστικοὶ, iudiciales: aut λογισταὶ, rationum magistri uocari soliti: quos quia rationes reddere cogebant, atq; repetundarum reos agebant, non possum alio uocabulo quàm coactorum aut quæstorum repetundarum nominare. Hi à nouem principibus uiris in maximis maximeq; urgentibus reipublicæ calamitatibus delecti, tributa popularibus augebant, debitaq; omnia exigebant, unde χρεῶται dicti, non quòd deberent, ut uox cõmuniter notat, sed quòd exigerent. Vox enim χρεωστὴς & ἔνθυνος, licet frequenter paßiue capiatur, hic tamen paßiua est, ut & in græco uulgari sermone utraq; uoce utuntur. Illis erat numerandum reipub. pro ratione accepti, reddita apud logistas ratione. Magistratuum alioqui pedaneorum rationes audiebant, repetundarumq; agebant, si quis à popularibus præter æquitatem salarij quicquam accepisset. Causa perperàm obitæ legationis, quã Græci παραπρεσβείας dicunt, solebat apud eos dici: unde διορθῶται sunt uocati. εὐθύνεσθαι porrò dicebantur illi à quibus rationes ab his exposcerẽtur: præterea εὐθύνας διδόναι,

dare

dare rationem, uel pœnam suscipere. inde illorum magistratus dici solitus εὐθύνη, quum alioqui ratio nem & pœnā significet ea uox. Adesse illis solebat ἰδιγραφεὺς scriba, de quo egi: qui uiritim omnium popularium omnia ederet, censusq; omnium ratio- nem promeret. Quum autem lis de re fisci apud il- los oriretur, tunc sistebant reos ad maiorum iudi- cum subsellia, pariter & eos qui non essent soluen- do: cuius rei Isocrates contra paßionem in Trape zitico dat argumentum uersus finem, ἔτι δὲ παρ' ὧν ἐχρυσώνησα ὑπ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον πλειοὺς ἢ χιλίους στατῆ ρας, πρὸς δὲ τούτοις εἰσφορᾶς ἡμῖν προσαχθείσης, καὶ ἑτέ- ρων ἐπιγραφῶν γενομένων, ἐγὼ πλεῖστον εἰσένεγκα τῶν ξέ- νων αὐτός τε καὶ οἱ ἐμοὶ, καὶ ἐμαυτῷ μὲν ἐπεγραψάμην εἰσφορὰν μεγίστην. ὑπὲρ δὲ πασίωνος ἐδεόμην τῶν ἐπιγρα- φέων, λέγων ὅτι τοῖς ἐμοῖς τυχγάνει χρήμασι χρώμενος. In super (eos, subaudi, in testimonium uocabo) à qui- bus ultra mille stateres precariò accepi. ad hæc in- dictione nobis imperata, inscriptionibus uarijs fa- ctis, plus ego & mei numerauimus, quàm peregri- ni: mihiq; maximam collationem persoluendam du xi. Pro paßione uerò erat mihi opus inscriptori- bus, quòd dicerem illum etiam meis esse pecunijs. Hactenus Isocrates. Describebat uerò is scriba cum magistratu in σιτοδοσίοις, id est frumenti contribu- tionibus, suum cuique modum, ut in publicum hor reum inferretur. quam annonam qui dispensabant,

σιτο-

σιτομίτραι dicebantur: qui seruabant, σιτοφύλακες, annonæ seu frumenti custodes. locus ubi seruabatur, γαζοφυλάκιον. Qui undique conuehendum in urbem curarent, σιτῶναι, frumẽtatores, aut annonæ præfecti, ἀπὸ τοῦ σῖτον ὠνεῖσθαι, ab emendo frumento dici consueuerant. Magistratus hi nobis paßim reipub. contemptu neglecti, admodum sunt neceßarij. Eos habent summa in cura Venetiæ. Curam enim conuehendi undiq; frumenti habent illi quos à prouidendo uulgò prouidadorios uocant: recondendi, seruandi & distribuendi Duumuiri quos farinarios ea de re appellant, quòd popularibus semper uiliori precio iuxta eum urbis locum qui Riuus altus dicitur, distrahant, quàm mercatores soleant: ut nebulonum rempub. labefactantium fameq; enecantium auaritia coerceatur: quæ non raro apud nos medijs in urbibus, prò pudor, usqueadeò inualuit, ut nonnunquam frumentum (quo in cumulum putrefacto quæ pestis poßit esse tetrior, non facilẽ dixerim) ob auri sitim diutius conseruatum, & tandem putrefactum, aut defodi aut in medium flumen eõyci uideas, quod centies centena hominum milia alere posset: & non tantum eximi ab usu, quod per prouidentiam erat à natura donatũ, sed & elementa inde labefactata uidemus. Habẽt ijdem & duumuiratum annonæ præfectum, qui curet obsonia conuehenda. At ne quis causetur Venetijs

tan-

tantum esse hos magistratus propter circunfusum mare, sunt nobis exemplo apud Turcas, quos barbariores, rerumq; imperitos falsò credimus, ædiles, urbi ue præfecti, quos patria lingua Sar emin, id est urbis præfectos nominant, qui ut popularibus sit copia oryzæ et frumenti, perpetuò curant, utq; uiliori precio distrahatur, néue nllum sit illarum rerum monopolium. Idem in exercitu curat Arpac emin, hordeo quo illic equi aluntur, præfectus, ut abundè pabulum militibus adsit ad equos alendos. Tanto olim studio Romani coluere rem frumentariam, ut sine qua nulla respub. incolumis est, ut alueos à singulis regionibus Ægypti ære publico in Nilũ ducendos curauerint, quibus frumenti ingens uis Alexandriam, ac demum Romam conueheretur: incredibiliq; sumptu eos alueos seruari curauerint: ea lege, ut si quis aggeres Nili, qui erant alueorum ripæ, rupisset, capite plecteretur. Ager Bizacenus in Africa, Campania, Sicilia, & quæcunque olim regio fuit frumenti ferax, tantæ fuit illis curæ, ut prouinciæ nomen inde habuerint. Sed ad σιτῶνας redeo, quo uocabulo usus est Iurisconsultus Dig. de mune. & honor. l. Munerum. Nam harum, inquit, specierum curatores, quos sitonas & elæemporos Græci appellant, creari moris est. Antequàm Budæus nostræ Galliæ suo seculo primum ornamentum, Græca illic reposuisset, alba ibi

ba ibi papyrus erat: & interim satis habent nostri Accursiani, si bonas contemnant literas, si non esse de pane lucrando, ut aiunt, adserant. quid illic potuissent pro σιτῶναι & ἐλαιέμποροι comminisci? At dicent, & si Græcè scriptum esset, non legeretur. Instit. enim de public. iudicijs, ubi de sicarijs agitur, Accursius aut alius dignum patella opercu lum Accursianus scripsit pro commento, Hoc totum quod sequitur, omittas. & alibi, Græcum est, legi non potest. Verùm quomodo sciret Græcè, qui uix latina intelligat? qui ait bina esse quatuor: balucam, quæ uox aurum χρύσαμμον significat, baiulans lucem: bastagarios laniones, aut ut uocat becharios: topiarios esse fossores, et alia sexcenta. At eius patet latè impudentia in Digest. de orig. iuris. Vlpianus uoce σιτωνίας Græcè usus est tit. de uacationibus & excusationibus munerum, lege secunda, Sextumdecimum annum ætatis agentem ad sitoniæ munus admitti non licet. quod uocabulum statim in quandam urbem uertit audaculus Accursianus. Non ita admodum differebant ab illis scribis, quorum in sitonijs mentionem feci, qui uocabantur λογόγραφοι, quasi rationum scriptores. nam & loco ἐπιγραφίων ponebantur, quum alioqui uox illa oratorem uersutum, & (quod Græcè magis exprimitur) λογολαίδαλον significet, quo conuitio se mutuò impetũt Æschines & Demosthenes. Hãc uarie

tatem

tatem significationis huius uerbi notauit Thomas magister, grammaticus insignis, in Eclogis, quas mirum est à linguæ Græcæ studiosis ita negligi, quum ex illis maximi nominis uiri suos commentarios locupletauerint, λογογράφος, ait, οὐ μόνον ὁ λόγους γράφων, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ διαβολῆς εὕρηται, οἱονεὶ ψευδόγραφος. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ στεφάνου, λογογράφους τοίνυν καὶ ὑβριστὰς ἀποκαλεῖ, καὶ τοιαῦθ' ὑβρίζων. αἰσχίνης ἐν τῷ περὶ δημοσθένους, λέγων τῷ λογογράφῳ τῷδε, καὶ σκύθῃ. Logographus non solum significat eum qui orationes scribit, sed pro calumnia inuenitur: perinde atque falsidicus, aut fallaciosus. pro contumelia utitur Demosthenes. Æschines obijcit Demostheni ueluti uersuto et barbaro, seu ferino Scythicoq; ingenio. Nil mirum est, ita in inuidiosam & omnino contrariam significationem transire & degenerare uocabula, quum eò cogant perditi mores hominum. Prima tyranni appellatio principem æquo iure omnia administrantē notabat: improbi ad inuidiā & odium traduxere. sophistas uiros doctißimos uocauit antiquitas, impostores et nugatores ea uox genuit. Idem est de rhetorib. iudiciū. ut enim salutem rebus nascentibus attulere, ita compositis & consistentibus cladem. Quid nunc regium poßis in multis dicere, præter uocabulum? uox certe fiet πράξει similis, ut sacerdotis et monachi. Est enim probro tam propinqua ea uox, ut lo-

co

co probri multis obijci & accipi soleat, quæ olim fuit sanctißima. tam indigna magnis & sacris nominibus sub illis admittuntur, ut pudeat etiam agnoscere uocabulum. Iam pridem certè si licuisset, summa reipubl. administrationis uocabula pro merito habentiũ traducere & agitare, uideretur uerbis ut rebus, κατὰ τὴν παροιμίαν, ὀδὴν ὑγίης. Vt enim sæpe uisum est, posset dici rex, fex: patrones, latrones: episcopi, episcoti: pastor, alastor: ita sunt omnia deprauata, & ruinæ proxima, ut nisi paucißimorum pietate & precibus constarent, cæteri ad pœnitentiam expectati, credam iam in foribus esse. Verum ad alia ueniendum est.

DE LEXIARCHICIS, PERIPOlis, & ephebis. Cap. XVIII.

QVoniam iam antè in Demarchorum muneribus mentionem de iuuenibus feci, qui in diario quod λεύκωμα, id est album, & ληξιαρχικὸν uocant, inscribi solebant: de illis nunc sermo est absoluendus. Antequàm τὴν ληξιαρχικὴν ἀρχὴν, id est rei hæreditariæ potestatem haberent, biennium solebant circumire regiones limitaneas, ueluti tyrocinia armorum meditando: tuncq; à decimooctauo ætatis anno, quo ex ephebis excedere mos erat, ad uigesimum uocabantur περίπολοι, id est circumitores, et ἔφηβοι ob ætatem, ἔφεδροι ob uiam & peregrinationem in qua uersabantur, etiam τὴν χώρας ἐπίσκοποι, re

gionis

gionis inspectores, non ueluti magistratus, sed ut quum ingrueret necessitas, essent regionum, uiarum & locorum periti. Exacto demum biennio, ueluti in præmium laborum dicebantur ληξιαρχικοι, qua iam dixi ratione. λῆξιν enim Græci ἐκ τοῦ λήγειν, id est à desinendo, hæreditatem dixere, quòd scilicet statim ab uno in alterum desinat. Alioqui (ut ex Isæo notauit Harpocration) λῆξις unitatis numero τοὔγκλημα, id est accusationem significat. Facta illis facultatum potestate, iusiurãdum istud, quũ inscriberentur, in Agraulo loco subdiali præstare solebant. Iuramentum Lexiarchicorum: Armorum nunquam me pudebit. Ducem cui semel additus fuero, nunquam relinquam. Pro aris & focis solus aut cum pluribus decertabo. Patriam deteriorem non reddam. Aduersus quancunque regionem decernar, nauigabo. Assentiar æternis iudicijs æquitatis, sacrisq; iam receptis parebo. assentiar his etiam summa pace quæ plebs sanctè sanxerit. Quòd si quis legibus non paruerit, easq; euertere uolet, nõ permittam. uindex uerò seu solus seu cum multis ero. Sacra patria semper colam. Hos hodie Demarchos seu ἐν τῷ λευκώματι τοὺς νέους ἐγγράφοντας duplici in officio Turcæ habent, nomine uidelicet principis, & militum. Nomine quidem principis tertio, quarto aut quinto quoque anno, pro bellorum usu singulis in uicis & urbibus colligũtur ab

eis iuuenes ex toto loci unius grege unà composito, ut facilior sit in turba electio, pro uirium corporis & formæ ratione: qui delecti ea lege ne una domus duos fratres exhibeat ad id munus, conductiq; Constantinopolim, ubi nunc regia est, in tres classes rediguntur. Quos forma naturæq; indoles præstantior ornat (quod in primis physiognomoniæ periti in eam rem delecti curant, etiam in primo delectu) hos principes seorsum adhibitis doctis præceptoribus formandos in re literaria ad persuasionis usque notionem, & re militari curat, donec nati sint ut minimum XX. annos) nam quum eliguntur primò, ex ephebis excessisse non licet, si in hunc numerum sint adscribendi) tum satis exercitati nobilitate donántur, equitesq; trium generum fiunt, Spachi, Selictari, Vluphegi. Secundi ordinis, principis hortos, quorum non tantum ipse, sed & tota Turcia est studiosissima, colunt, biremesq; quibus princeps uectari in mari solet, agere Constantinopoli quum princeps adest, solent. Tertius ordo, infœlicium planè, datur diuitibus principibusq; uiris, qui illos non raro totos octo annos durissimis exercent laboribus, interim ægrè naturæ illorum tenuissimeq; satisfacientes, donec quadam uirtute principibus ducibusq; belli innotescant, militumq; numero adscribi soleant. qua arte effectum est, ut perpetuo milite abũdet Turca. Nec

ue-

uerò tantum ad hæc munia deliguntur quos parit Græcia, sed & bello capti, emptitij, quacunque arte comparati, modò non sit inepta ætas, solent eum augere numerum, sensimq; crescendo, qui non statim munus equestre consequuntur, fiunt Iinghitzeri, inde Solachi, custodiæ principis inuigilantes: postremò aut equites, aut maioris muneris, donec rude donentur. Delectus principis ita habet: Vt uerò tam ingenti perpetui militis numero parata sit pecunia, habent & suum delectum, quos iam bene gestæ rei fama euexit. Nam ut præsens est apud Turcas pœna socordibus alas ad uirtutem facere solita, ita præclarum aliquod facinus aggresso statim præmium adest: quæ ipsa sunt duo maxima uirtutis excitandæ fundamenta. Præter decimas, quibus olim ecclesia Græca dotari potißimum solebat, etiam militibus, hisq; quos princeps euectos cupit, militiæq; paratos, masculæ ætatis in uniuersis prouincijs, quemque tamen suo iure, ius inquirendi est permissum, ut quotquot ex ephebis excedunt, & ut propriè magis Græcè efferam, σπόρμα τίζουσι quotannis XXV. aspra persoluant: qui uxorem duxere, XXX. qua industria facilè trecenta hominum millia quotannis alit. Indictio sola uenit ad principis ærarium. Cætera, quomodo scilicet poßit dignosci qui ad nobilem acceßit ætatem, acceptiq; & impensi rationes omnes tractaui in se-

cundo rerum Turcicarum libro. Sed nimis sum digressus ab incepto τῶν λῃξιαρχικῶν. Hoc nomen fuit sexuiratus, cui potestas erat quoties magna comitia cogerentur, eligendi XXX. uiros subadiuuas, qui omnes funiculo cinnabari tincto populares in audiendis legibus senatuq́; adeundo socordes impeterent, notarentq́;: qua nota per negligentiam accepta multabantur: unde parœmia de illis efferri solita qui pœnæ timore non amore uirtutis in officio essent, σχοινίον φεύγουσι μεμιλτωμένον, id est, Funiculum fugiunt minio rubricáue tinctũ: aut ut Erasmus uertit,

Vitant sinopi collitam restim rubra.

Tale genus hominum frequens in urbibus est, quos nisi uis legum magistratusq́; diligentia coerceat, in officio nunquam contineas. Aristoph. ἐν ἀχαρνεῦσι,

Οἳ δ' ἐν ἀγορᾷ λαλοῦσι, κἄνω καὶ κάτω

Τὸ σχοινίον φεύγουσι τὸ μεμιλτωμένον, id est,

Illi in foro nugantur, ac modò huc modò illuc funiculum fugiunt cinnabari tinctum. Ab hac dictione σκοινίον, quoniam multa uerba scitu non indigna, à nemine (quod equidem uiderim) explicata, ueniunt, uisum est ea addere explicareq́;. σχοινίζειν itaque est circunscribere, finire, diuidere, solum dimetiri, ueluti in locorum, finium, hæreditatis ue designatione agrimensores solent: qui etiam loquendi modus Hebræis atque Chaldæis,

à quibus

(à quibus ut disciplinarum linguarumq; primis authorib. Græci multa accepere) est familiaris, ut חבלים נפלו לי בנעימים Chabelim naphluli benehimim: id est, Funiculi acciderunt mihi pro uotis: aut ut uulgata habet editio, Funes ceciderũt mihi in præclaris. quæ uox prophetæ regij est, adserentis nil sibi non futurum gratißimum, quod Deus præscripserit. Verùm de illis locutionibus amplè scripseram antequàm nostræ tractationes de Linguarum uarietate, ac noster de Originibus liber ederetur: quæ quum extorquerentur ista magis quàm prodirent, uisum est seruare in alium locum. περισχοινίζω item circunscribere significat, inq; unum ducere. Pollux, Τὸ δὲ δικαστήριον (τὸ ἐν ἡλιάιᾳ) περιεσχοινίζετο τοῦ μὲν βασιλέως προσαγγείλαντος, τῶν δὲ θεσμοθετῶν πληρούντων, καὶ τὰ λοιπά. Tribunal uerò Heliæum circunscribebatur rege quidem id iubente, thesmothetis autem implentibus. Quinquagintaq; pedes illa circunscriptio distabat à iudicum loco, ut ministri subsistentes obseruarent ne quis adesset qui iusiurandum non præstitisset. Valuæ porrò iudicij uocabantur κιγκλίδες, non absimiles illis quas καγκελλάτας dicunt. Demosthenes κατὰ ἀριστογ. ὧν ἐν ἢ δύο ἐρῶ παραδείγματος ἕνεκα τὰ γνωριμώτατα. τὸ τὴν βουλὴν τοὺς πεντακοσίους ἀπὸ τῆς ἀσθένους ταυτησὶ κιγκλίδος τῶν ἀποῤῥήτων κυρίαν εἶναι, καὶ μὴ τοὺς ἰδιώτας ἐπεισίεναι, τὸ τὴν ἐξ ἀρείου πάγου βουλὴν, ὅταν ἐν τῇ βα-

σιλείῳ τοῷ καθεζωμένῳ πορισχοινίζηται, κατὰ πολλὴν ἡσυχίαν ἐφ' ἑαυτῆς εἶναι καὶ ἅπαντας ἐκποδῶν ὑποχωρεῖν.

Quorum (inquit de ordinum maiestate agens) unum atque alterum dicam exempli causa, eaq; notissima. Primùm, quòd quum quingẽtorũ uirorum senatus ab istarum tenuium ualuarum limite tantum secretiora tractandi ius habeat, nec priuato cuiquam licet tum illuc introire. Alterum, quòd Ariopagiticus senatus quum in regia porticu consederit (locus erat Athenis) congregatusq; omnino fuerit, alto silentio illic esse, atq; omnes secedere necesse est. ἀποσχοινίζειν cõtrariæ est significationis. nam expellere, proscribereq; significat: quod idem orator in eadem aduersus Aristogitonem oratione aperit, uocans ἀριστογείτονα πᾶσι τοῖς ἐνδὴ τῇ πόλει δικαίοις ἀπεσχοινισμένον, cui omni ciuitatis iure est interdictum. Verùm quia Budæus de eius significationis uarietate in commentarijs linguæ Græcæ egit, de illo dicere amplius supersedeo. περὶ ἐξηγητῶν: id est, de aruspicibus de cœlo seruantibus. Quum prima editio huius operis prodijt, putabam futurum ut lenocinio harum humaniorũ literarum illectus, etiam olim amplissimè prosequerer hoc argumenti, absolutamq; tractationẽ utriusque magistratus exequerer, profani uidelicet & sacri. Verùm uitæ huius calamitosa breuitas me ad scopum reducẽs, facit, ut tradita hac lampade ijs qui absol-

absoluere à me institutum opus poterunt, quæ pridem à me erant obseruata de magistratibus sacris & ludis promam, reliquum uerò uitæ sacrarum rerum studijs addicam. Itaq; prima in editione à me hoc in loco prætermissa, addam ut se offerẽt: licet meũ scribendi ordinẽ improbauerit quidem nostrâs, magni (ut credi uult) nominis homo, ut certè est, sed longè infra eius opinionem. Certè nisi uidissem id à multis factum de industria, quod mihi uitio uertit, & eius opera non secus atq; ille mea, à multis improbari ordinis ratione, proculdubio mutanda omnia censuissem: atq; historiam à me susceptam, lumine quodam à philosophiæ penetralibus decerpto illustrassem. Verùm quum ideas etiã rerumpublic. à summo ingenio uiris descriptas cernam, historias etiam suorũ magistratuum ab alijs diligenter traditas uideam, in quibus tractandis nullus non est suo ingenio usus: putaui id mihi licere, ut meo etiam more institutũ persequar. Aliud sanè est, quod omnibus est commune: aliud, quod uni tantum reipublic. in usu est, persequi. Fragmenta Xenophontis de republ. Atheniensium extant: Fenestella et Pomponius Romanorum magistratus descripsere: Antonius Sabellicus, Gaspar Contarenus Cardinalis Venetam scriptam reliquere, non sine laude & admiratione posteritatis. Omnes tamen promiscuè, & ut contigit, tradẽdo. Vnus Con

tarenus in ea re superior est, quod in suæ reipubl. laudem ab Aristotele & Platone genera ipsa & diuisiones est mutuatus, ut illam quæ sunt præstantißima in se comprehendere ostenderet. Si potuissem aliter tradere, faciet fidem tertius liber meus de Orbis concordia. non scribo sanè tam morosis lectoribus, aut censoribus potius. Iuuentutem Græcarum literarum studiosam leuare hoc argumento statui. A me huius argumenti uocabula & historiam accipient candidati, ueluti à sartore uestes, à figulis ollas, à pictorib. signa, à superstitiosis grammaticis formulas. Rerum cognitio mihi proposita est, non tantum qua doctior, sed qua melior poßit lector effici. Nil enim me mouet hominis maledicentia, qua etiam doctißimos impetit. Primùm igitur περὶ ἐξηγητῶν dicam. Rerum diuinarum, aut ut melius, quæ ueluti diuinæ à rudi multitudine habebantur, erant interpretes Exegetæ: ita uocati ἀπὸ τοῦ ἐξηγεῖσθαι, à narrando, seu interpretando. Antequàm Dei sapientia et uerbum IESVS CHRISTVS superstitiosas falsarum persuasionum imposturas eliminasset, mirum quàm uarijs technis prudentes homines, cæteros in officio retinere studuerint. Vt uerò maior fides illis haberetur, erant singulis generibus sui exegetæ, qui quæ ad præsentem rerum usum cõducere uidebantur, ueluti Deo, aut per auium garritus, aut uolatus, aut tripudia,

aut

aut numeros respondente, exponerent, popularibusq; numinis natura ignoti terrore, agenda, aut futura prædicerẽt, suaderentq;. Huiusmodi innumera figmenta fuere. sed prima erant τῶν μαντίων, οἰωνοπόλων, χρηστήρων ὑ χρησμολόγων: uatum, augurum, fatidicorum. Post captos populares, nil in uatum superstitionem non est tractum. Verùm primò ex quatuor elementorum actionibus, passionibus & formis, cœpit etiam curiose à multis obseruari πυρομαντία, ἀερομαντία, ὑδρομαντία, γεωμαντία. & inde καταπτρομαντία, καπνομαντία: diuinatio scilicet ab igne, aere, aqua, terra, speculis et fumo. Hoc uerò etiam magnis eius tẽporis uiris facile aliquid ueri in se habere credebatur, quoniam Deum adnexum & impactũ materiæ ita credebant, ut propria ipse natura nullo naturali medio omnia agitaret. Multo uerò sublimiorẽ uaticinationẽ authores religionũ in Chaldæa, India, et Perside obseruari uiderãt, unde de cœlo seruare dicebantur, ut inquit Cicero, aut qui superstitiose hanc uanitatẽ colerent, aut de ea pro more populo responsuri essent. Sub auguribus erant & aruspices, & auspices, & siquid ab obseruatione auium seu in libertate, seu in cauea esset, diuinandum. Quis uerò possit omnes imposturas ab oraculorum delira credulitate introductas persequi? Inde omnia falsarum persuasionum genera oborta. Verùm quum de hac re amplè in tertio de

Orbis concordia egerim, quumq́; ἐξηγηταὶ non tantum Atheniensium, sed cæterorum essent populorum, ad cæteros uenio.

DE SACRIFICVLIS, QVOS ἱεροποιοὺς uocant. Cap. XIX.

DEcem numero ἱεροποιοί, nomine Atheniensium sacra quinquennalia facere in Delo & Brauro ne: ibi Apollini, hic Dianæ solebāt. Præterea quæ in memoriam Heraclidarum instituta erant, ueluti & Eleusinia, & Eumenidum, quæ præsides Areopagitarum esse credebantur. Alioqui id nominis commune omnis sacrificibus est. Demosthenes κατὰ μειδίου. εἴασε μὲν μὲ εἰσιτήρια ὑπὲρ τῆς βουλῆς ἱεροποιῆσαι, καὶ θῦσαι, καὶ κατάρξασθαι τῶν ἱερῶν ὑπὲρ ἡμῶν καὶ ἵλης τῆς πόλεως. εἴασε δὲ ἀρχιεροῦντα ἀγαγεῖν τῷ διὶ τῷ νεμείῳ τὴν κοινὴν ὑπὲρ τῆς πόλεως θεορίαν. περιεῖδε δὲ ταῖς σεμναῖς θεαῖς ἱεροποιὸν αἱρεθέντα ἐξ ἀθηναίων ἁπάντων τρίτον αὐτὸν, καὶ καταρξαμένων τῶν ἱερῶν. Permisit me Medias in ipso anni ingressu sacro munere fungi & sacrificare, sacraq́; quum pro nobis, tum pro tota ciuitate incipere & occupare: permisit etiam, ut nomine ciuitatis ego summo pontificatu fungens, agerem pompam, spectaculúmue Ioui Nemeo. Neglexit, quum essem à toto Atheniensium populo delectus sacrifex sacrarum dearum Eumenidum, iam tertiò occupantem, sacraq́; incipientem. Hoc loco apparet ἱεροποιὸν multis dici modis

dis. εἰσιτήρια, de quibus in loco adducto scribit Demosthenes, est dies festus, authore Suida, in quo quicunq; magistratu fungerentur, conueniebant sacrorum & ludorum gratia, primo anni die, ueluti Latinè ingressoria dicas. σεμναὶ θεαί, furiæ sunt, quas ideo coluit antiquitas, ne nocerent: secundum Philolai uersum, quem falso adscribunt Pythagoræ,

τάς τε κατοχθονίους σέβου δαίμονας ἐννομα ῥέζων.

Infernos uenerare deos, sacrisq; merere.

Ita ubiuis terrarum Veioues & ἀποτροπαῖοι dij coluntur, ne noceant: ueluti improbis & perditis hominib. quo sunt flagitiosiores, modò sint opib. aut fauoribus fulti, eo magis abblãdiuntur miseri mortales, ne obsint. Ex hac infelici ratione oblatus hodie dæmon, pro Deo ferè in uniuersa India colitur, qua imagine uulgo pingi solet. Credidere uerò etiam Platonici, Nemesim furiarũ primam, esse diuini iudicij angelum, quod non longè abest ab opinione secretiore Indicæ religionis. Dæmonẽ enim se ideo colere dicunt, ueluti dei uindicem & ultorẽ, ut sæuiat minus. ἱεροποιοὶ simili significatione fuere ἱερούργοι. alterum enim à ποιέω, alterum uocabulum ἐκ τοῦ ἔργου ducitur.

Περὶ ἱεροφάντων. Cap. XX.

Μυσταγωγοί, qui & ἱεροφάνται sunt, qui secretiora cuiuscunq; religionis mysteria tractant, ostentant, retegunt, colenda exhibent, cæterosq; mysterijs

rijs initiant: quod uocabulum conuenit partim episcopis nostris, partim illis quos sacristas & thesaurarios uulgo in sacro ordine dicunt. Non male ἱεροφάντας quis dixerit illos nebulones, qui uicatim ostentant nomine Antonij, Quintini, Huberti, & aliorum, quædam ossa, ueluti reliquias sacras: atq; fabulas aniles populis recitando, miserè emungũt imperitos, cui morbo quamuis altè, serpenti, tantum abest ut medeantur Curiæ, ut etiam illum foueant, cogantq́; arestis Episcopos, ut improbæ illi mendicitati permittant tantumnon enecatam plebem deglubere, ὦ ἀγνὰς πλουτοδότας. Nõ mirum est quicquid hæreseon à nongentis annis obortũ est, nũc assertores reperire: quum ex tantis, tamq́; multis uitijs, sub prætextu pietatis in Ecclesia regnantibus, ne minima quidem emendare satagamus. Putant uerò quidam non malè Latinè ἱεροφάντας ædituos dici, quos Gallicè uocè corruptißima Margillares nuncupant, uelut mairegles: id est, maiores ecclesiarum, qui sacrarum rerum curam habent, ad id delecti. Alioqui ædituos, æditimós ue melius dici ἱεροφύλακας, & ἱεροδούλους, constat. Id ostendit Scæuola tit. de ann. leg. l. annua. Quisquis, ait, mihi hæres erit, fidei eius committo, ut det ex redditu cœnaculi mei & horrei post obitum, sacerdoti hierophylaci, & libertis qui in eo templo erunt, denaria decem die nundinarum quas ibi posui. Vo

ce

ce Græca usus iurisconsul. intelligit aut æditimum, aut quem dixi mystagogum. Libet hoc loco, leuandi animi gratia, interpretationem Accursii, lepidam sanè, & tanto homine dignam, reponere: Gerophylaco, inquit (nam ita habebāt exēplaria: sed perinde illi erat) nomen est capellæ, uel loci ubi est capella, ut sacerdos Ricardinæ delectabilis uillæ nostræ. Hæc ille. Mirū, quod nunquā quicquam huiusmodi homines se ignorare fassi sunt. Non potest sanè fieri, ut similes, licet memoria sint quanta uis fœcunda, non sint iudicio destitutissimi, qui posteritatis iudicia non timeant. ἱεροδούλων uox alioqui significat sacros seruos, ueluti quos uulgo religiosos & religiosas dicimus. Ait Strabo lib. 12. in Comana ciuitate Asiæ minoris, sex milia ἱεροδούλων cultui Diane instantium, quo tempore peregrinaretur, fuisse: omnes religioni addictos, & suilla abstinentes: quod postremum affine est Iudaico cultui. Poterant relicto Deo, Dianam colere, & militiam colere cœli, lunam & stellas, & tamen has ueteris cultus reliquias seruare. Nam iampridē erant dispersi in Cilicia & Cappadocia: poterant gentilium cultum cum diuino ibi miscuisse, confudisseq: qui in ipsas terra sancta, præsente Deo, & miraculis quotidie ad se eos reuocante, Baalium & Astarotorum cultum, propriorum liberorum sanguine fœdè exequebantur. sed cætera prosequor. Quod

ad

a leges de rebus sacris dicendas & ponendas attinet, erant ἱερόνομοι, ueluti sacrarum legum authores, summa uiri authoritate & prudentia: quo in loco summus Pontifex occiduæ Ecclesiæ est, inter duo Concilia, quo magistratu nunquam potest destitui res cuiuscunq; religionis, ut alibi à me est traditum. Quum enim dubia & peccata indies oboriãtur, et decisionem emendationemq; petant: præterea quum inter finitimos & pares controuersiæ crebræ sint, nec poßit semper cogi senatus ille summus conciliorum, opus est unum præeße, cuius edictis stetur, saltem ad proximum usque Concilium. Per quos ἱερόνομοι sua promulgabant uarijs in locis edicta, illi ἱεροκήρυκες dicebantur: suasq; potißimum operas locabant, quum conceptiuæ indicerentur feriæ, aut statiuæ in aliud à solito tempus protelandæ essent. In ludis et sacris, linguis fauere iubebant. Cæteris negocijs publicis significandis κήρυκες, id est præcones aderant: & ἀνακηρύττειν, id est proclamare dicebantur, quales nunc habemus clamatores, qui quum sacrum quoddam festum (ut quæstus gratia fit) indicant, penula sacris addicta induuntur, & ita utroque munere funguntur. Ciuitatis oberrantis prædonum (uolebam dicere præconũ) alia lex est. Nam in aulico strepitu, clangore buccinæ omnia significari sunt solita: ut in urbibus, arcta Curiarum, placita principum: & huiusmodi,

quo-

quorum ignorationem nullus prætexere potest.

DE PYLAGORIS, ET GRÆCIÆ conuentibus. Cap. XXI.

IΕρομνάμονες πυλαῖοι, καὶ πυλαγόραι, uocabulis tantum differre doctis hominibus uisi sunt. Mittebātur bis quotannis, uere et autumno, hoc nomine dignitatis homines, nō tantum ab Atheniensibus, sed à cæteris consœderatis populis, ad conuentum Amphictyonum in Thermopylis cogi solitum, ut crebrò nomine regionis coactæ prouinciæ, de communi omnium salute agerent. Ita enim conuentus uarij sunt introducti, ut coactis illic populorum omnium delectis magistratibus, quid reipubl. saluti expediat, constitueretur. Dicti sunt ἱερομνάμονες, & quod sacra facerent, fœderaq; in memoriam reuocarent: ita commonefaciendo, ne ullas sibi mutuò iniurias inferrent: qui hoc fecisset, cæteros fœdere iunctos unà omnes illas ulturos. Quo sacramento & legibus, præstantißimis sanè, audio res SVICERORVM hodie teneri: unde fit, ut maximis principibus sint terrori, fœlicißimeq; sua libertate utantur. Sunt enim soli hodie in orbe terrarum liberi, cum suis Cātonibus, ut uulgo dicimus, & alio nomine Ligus. O si orbis saperet, iusta quidem imperia, quæ poßint tutari & augere fines quandiu pro officio agerent, agnoscerent ubi uerò pro ratione uoluntas esse inciperet, communi con

sensu

sensu detrectarẽt imperia. Id unum Græciæ deerat, ut Aristocratiæ Monarchia ammisceretur, alterumq; ab altero temperaretur. Ita Venetiæ, mille centum annis nunquam interrupto inperio, florent. Iam quingentis quadraginta annis ferme tota Germania ab institutis electorib. libera, etiam malis principibus imperat. durant etiam alia regna, sed non tanto populorum quum principum sucessu. Fieri enim non potest, quam cor hominis sit ad malum iam ab incunabilis procliue & pronum, quin ubi licent quæ placent, placeant etiam statim longè plura quàm liceant. Ita sunt comparatæ res humanæ, ut nostrorum delictorum pœnam assiduam sentiamus, qui nec iure, nec iniuria, nec ratione nec legibus, in officio retineri, aut cupiditates explere possumus uolumus ue. Vocati sunt etiam Hieromnemones, πυλαγόραι: quòd ut uolunt multi, cogerent & congregarent in eum locum homines fœderi obnoxios, sed malim deduci uocem ἀπὸ τοῦ ἀγορεύειν, ἢ ἀπὸ τοῦ ἀγείρειν: à concionando, quàm ab aggregando: quum omnes de rebus utilibus, iustis & honestis, pro usu patriæ haberent in conuentu sermonem. Cæterùm, quum essent illæ feriæ statiuæ, nulla urbs aut prouincia non sponte dimittebat suos. Populi eò per πυλαγόρας conuenire soliti, duodecim erant: Iones, Dorij, Bœotij, Achæi, Magnetes, Phocenses, Delphi, Perrhœbi, Phœthij, Dolopes,

pes, Meliense̅s, Æmanes. Qui primus eos eò coegit, instituitq; sacrum conuentum, Amphictyon fuit, Heleni filius, in Cereris Ægyptiæ, columbæ nigræ fœmine, scilicet industriæ, memoriam: ut ob allatam ab Ægypto agri culturam, sacris eam honoribus colerent, ut in δημοφορίοις. Fuere eadem ratione in multis Græciæ locis similes conuentus, in quibus nomine religionis de corporum & rerum externarum salute agebatur. Eodem enim nomine Troezenij in Neptuni templo sacrum consessum habebant, ex octo ciuitatibus coactum. A uicinis uerò littoribus & piscibus propinquis prouincijs hoc uocabulum mihi, saluo meliori iudicio, uidetur deductum. erant enim ἀμφὶ ἰχθύας hi populi, Troezenij, Epidaurus, Nauplia, Prasion, Ægina, Orchomenus, Minyus. alij addunt Athenas. Fiebant & Panionia duobus in locis: apud Prienē̅ses in Græcia, & apud Ephesios in Asia minori. Nam licet utrumq; festum fieret in honorem Neptuni Heliconij, tamen in finib. Ephesiorum Asiana celebritas agebatur. Quinto quoq; anno πανηγύρι eadem ratione, conueniente Græcia tota, celebrabatur Athenis: ita dicta, quòd omnes eò cogerentur Græci. Non dissimili ratione olympici ludi celeberrimi, ut à quibus ratio temporū̃ solebat seruari, sunt introducti Pisis, in Elide. Quis omnes enumeret? Certissimum est, quamuis nulla literarum

memoria tradatur, nullos populos unquam coire potuisse, sine crebro huiusmodi conuentu. Nam dum abest à quacunq; prouincia reip. oculus, omnia in ruinam & priuatam tyrannidem degenerant. Conueniebant olim Druide in Gallia, in loco ab eorum uocabulo etiamnum uocato, Lugduni. Pariter solebāt sub Galliæ regibus cogi in Normannorum finibus trium magistratuum, sacri scilicet, profani, & medij primores: uerùm ille mos exoleuit, non sine graui reip. detrimento. Comitia illa exequarium uulgò uocabantur, quod exequerentur illa negocia, quæ reip. expedicbant, quæq; detrimenta singulæ prouinciæ paterentur exponebant. Tertium Hieromnemonum nomen, πυλαῶν uidelicet, à loco angusto inter montes, in augustijs sito, deductum uolunt. Vocare enim augustias illas intermontanas Grecia consueuit πύλας, ducta à domorum foribus metaphora. Quemadmodum enim nō licet alio loco urbes muro cinctas, aut quæuis intrare ædificia, nisi per pylas, id est portas: ita à regionibus quibusdam in uicinas montibus segregatas non licebat, nisi per has contendere angustias. Quum uideret Alexander Macedo, ob negligenter occupatas has uias à Græcis, fuisse periclitatam Græciam: præterea reges Persarum in Amani montis angustijs, quà iter est à minori Asia in maiorē, Cilicias pylas muniuisse: aliena edoctus ex

perien-

perientia, quos populos uidit montibus sepiri, nec facile posse uinci perspexit, occupatis angustijs, quib. irruere poterãt, aut aggeribus obstruxit, aut arcib. urbibus ue muniuit, ut saltem qui uinci non poterant, nec uincere, nec impetere possent. Posuit eo modo Sarmatias, Albaniã, et Caucasiam, et plures alias pylas. Angustæ illæ uiæ, quibus per alpes contendunt Galli in perniciem præsentem (uolebam dicere in Italiam) fatale Gallorum sepulchrum, non male ita uocarentur. Verùm nostræ istæ pylæ inter Pindum & Pernasum, immania iuga positæ, non tantùm pylæ, sed thermopyle sunt dictæ: quòd aquis calidis & thermis naturalibus, ut multa loca, sint nobiles. Illic Spartanus Leonidas cum exercitu deuotus, barbarici hostis sustinuit impetum, quoad sibi patriã, ut in rebus desperatis, consuleret. Volunt à pylade alij deductum id uocabuli, quod primus illuc ob cædem Clitemnestræ, uxoris Agamemnonis, missus fuerit. Verùm hæc uidetur à uero remotior sententia. Conuentum hunc uocat Strabo πυλαῖαν σύνοδον: Æschines ἐκκλησίαν, κατὰ κτησιφ. τῇ δ' ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ κόττυφος ὁ τὰς γνωμὰς ἐπιψηφίζων, ἐκκλησίαν ἐποίει τῶν ἀμφικτυόνων· ἐκκλησίαν γὰρ ὀνομάζουσιν, ὅταν μὴ μόνον τοὺς πυλαγόρας καὶ τοὺς ἱερομνήμονας συγκαλέσωσιν, ἀλλὰ καὶ συνθύοντας καὶ χρωμένους τῷ θεῷ. Sequẽti uerò die sententiarum illic prolatarum arbiter, & ueluti comitiõ

rum præses Cottyphus, comitia cogebat Amphictyonum. Comitia enim uocant, quum non solum Pylagoras & Hieromnemonas conuocant, sed & qui unà sacrificio communiq; deo Apolline utuntur. Ex hoc loco Æschinæ patet, saltem tres fuisse à singulis urbibus uel populis confœderatis mitti ad eum conuentum solitos, contra Strabonis opinionem, censentis à singulis singulos mitti. Vnus enim ueluti orator, et qui publicè haberet orationē, Pylagoras dicebatur. Alter, qui etiā extra concionē de rebus ad pacem facientibus, post deliberationem concluderet: & tertius, qui sacra curaret. Licet unus & idem potuisset omnia præstare. Nil uerò obstat, quòd lōgè latius oraculi religio patuerit, quam cōfœderatio. Etiam aliud apparet, quod duobus numinibus ea tempestate maximus ibi sacra fierent, Citharœdo & rusticus, Apollini et Cereri: quorum uterq; sacra antè non uisa, ex Ægypto attulerat, quibus perniciosus dæmon se coniunxit, mentesq; hominum etiam maximorum præstigijs & falsa lusit opinione: cuius rei innumeræ immensæq; opes sunt argumento, ut ad quas diripiendas Phocenses instructi, Galli profecti, Persæ incitati fuerint: Græcis uerò & Romanis in prædam cessere, ut uero simile est. Nam Strabo suo sæculo, ait, licet ibi adhuc quicquam opum fuerit, tamen summā fuisse mēdicitatem. Hac lege erat ictum

fœdus

fœdus, ut si qui confœderatorum, uno anno posthaberentur, et ueluti neglecti ab oratoribus, suorũ populorum nomine dicentibus obliuione sepelirentur, iustißimam cuilibet inferendæ iniuriæ prætermittentibus haberent occasionem: in quam rem factiosi et nouarũ rerum auidi oratores subornabãt, prætermittiq; se curabant. Cuius criminis arguitur ab Æschine Demosthenes in eadem oratione, καὶ τὴν ἀφικνουμένων εἰς Δελφὸς πυλαγόρων, ἰνίοις χρήμασι διέφθειραν, ὧν εἷς ὧν ὁ Δημοσθένης. χειροτονηθεὶς γὰρ ὑφ' ὑμῶν πυλαγόρας, λαμβάνει χιλίας δραχμὰς παρὰ τῶν ἀμφισσέων, ὑπὲρ τοῦ μηδεμίαν μνείαν περὶ αὐτῶν ἐν τοῖς ἀμφικτύονσι ποιήσασθαι. Pylagoris Delphos contendentibus, eorum quosdam pecunia corruperunt, quorũ unus erat Demosthenes. Delectus enim à uobis ut pylagoras esset, ab Amphisseis mille drachmas accepit, ut nullum eorum apud Amphictyones memoriam faceret. Hac sanè Demosthenis corruptela, Amphissei Thebanos, & cæteram fermè Græciam in Athenienses concitauere, unde magnum ea respub. detrimentum accepit. Et ab omnibus confœderatis, & à longè plurib. quàm illi duodecim, populis (ut suprà dixi) ab Amphictyone, seu Acrisio institutis & conuocatis, mitti eò pylagoras, ostendit Demosthenes in oratione περὶ στεφάνου. De Philippo enim dicit, εἰ μὴν τοίνυν τοῦτον οὐ τὸν παρ' ἑαυτοῦ πεμπομένων ἐρεμνημόνων. &c. de concessu enim illo agit ad

quem suos hieromnemonas & pylagoras Philippum misisse scribit. Respondet uerò orator oratori, non factum emendando, agnoscendó ue, sed longe maius uitium obijciendo. Ait enim, tantum sordium & corruptelarum ibidem admisisse Æschinem, ut confœderatorum conspiratione cõsecraretur deo ea agri pars, quam Athenienses circa templum poßidebant, magno admodum prouentu. Multa exempla & habemus, & timere debemus similium euentuum. Vbicunque enim est insignis quædam libertas, est in signe, in confœderatos quum omnium, sed potißimum eorum studium, qui impares eorum potentiæ sunt. honoris etiam loco ducitur, adscribi. Ascisciunt patricij Veneti in consortium iusq; reip. magnates insigni nomine & opibus: ut quum multis alijs, tum uni celeberrimo nuper contigit, Cardinali Lotharingio, Duci Vrbinati, & alijs. Quis hodie principum Christianorum non habet formidabilem illam nationem Germanicã, eamq; si sit limitrophe, ut aiunt, nõ etiam magno admodum sumptu in amicitia retinere satagat? Id ausim dicere, unam eam gentem, quamuis in ea ueluti in Care periculum faciunt, obstitisse, quo minus aut regiæ aut imperatoriæ uires se mutuò attriuerint. Exitum uerò rerum Græcarum illa summopere timere debet. Documentũ enim imminẽtis ruinæ dedit factio una, circa religionis negocium

gociũ exorta. Quis populus, quæ ciuitas est in Germania, in qua nõ per uim et fraudẽ, dicacitatẽq; & cõuicia in omnes ordines, est introducta persuasio ista? traductis magnatib. & magistratib. in suã sententiã, eloquẽtia pro pietate armati, eorũ quidãm coegerũt coguntq; populares in uerba iurare. Nil dico de bello rustico inde in tota Germania obortto, de factionib. Anabaptistarũ, Catabaptistarũ, et Pneumaticorũ, quot pepererint incendia. Taceo factiones Bohemicas, Adamitas, Hußitas, Albigẽses. Postquã enim illi rebus potiebantur, docebãt contra ecclesiam Christi, aut cõmunem opinionem, se non esse dißimiles Arrianis uictoribus. nisi enim illi omnes oppreßi fuissent, proculdubio uictoriu in cæteros crudelißimè fuissent usi. Cõmunis enim cõcordiæ rupto uinculo, nil nõ potest ab eloquentia, quæ Deum authorẽ præ se ferat, immutari. in ipsis principijs & prima rerũ facie non statim emergit, quid calamitatis ex ipsis sit futurũ. Boni cuiusdam prætextu omnia mala oriuntur. Timeo sanè uehementer illi nationi, cuius miles solebat esse religiosißimus: nunc autem quum se nil ad bonum posse credat, fit cæteris deterior, nisi quadam solita ciuili inter eos iustitia cogatur. Vnam eandemq; legem ciuilem et sacram non pauci credunt, cupiuntq;. Audiui sæpius familiariter, quas opiniones habeat miles in Galliã conductus. horreo illas

cogitare: tantum abest ut referre sustineam. Id per uersorum hominum dicacitas fecit, in suae reipub. sanguinē latenter armata. longè satius fuisset, aliquot nummulos, nomine ueniarum quandoq;, uel abusuro Pontifici in suam perniciem, quotannis, aut Iubileis mittere, quàm in hanc conditionē temporum uenisse, et tam graue discrimen, ut sapientißimi nūc uix illi mederi poßint, aliò potißimum occupatis principibus. Sed ad institutum redeo.

DE ATHLOTHETIS.

Cap. XXII.

HIerant in singulis ludis & festis ueluti arbitri, non secus atq; munerarij in duello seruorū publicè exhibendo. Vitae uerò inculpatißimae hos esse opus erat, antequàm tantus honor illis conferretur. Diligentißime enim omnibus ad accusandum admißis, anteactae uitae eorum ratio exigebatur, ante χειροτονίαν. Probi uiri uel in quadraginta annos, ad finem usque uitae, poterant eo munere fungi. Mirum quanta fuerit in illis hominibus, sub falsis persuasionibus, prudentia, & potißimum in rebus sacris tractandis. Nouerant, cultum deorum innocenter seruatum, primum reipub. benae institutae membrum esse: ideo probatißimae uitae homines in eam rem deligebant. Et nō pudet Christianos principes, aut instituere, aut probare in sancto IESV CHRISTI ministerio, non dicā innocentes homines

mines, sed uita indignissimos, omniũq; calculo improbatissimos. Id facit patrimoniũ IESV CHRISTO adscriptum: quo in abusum, luxumq; & pompam, aut litigia omnino conuerso, non mirum est, si merita militis, scorti adulatorisq; compenset. Gratia scorti certè hodie plus potest, quàm uel Petri aut Pauli probitas. pessum eunt omnia. In rem pauperum, à fundatorib. amplis ut plurimum spoliatorum, comparata pecunia sacra, fideiq; proborum commissa olim, diligentiaq; multum aucta, scelere possessorum & mole laborans, relicto iterum omnino paupere, gestit manus repetere principum. Ita nullo succurrente pauperibus, impia cupido libidini mixta, undecunq; in eorum armatur uiscera. hoc est Prophetæ dictum notandum, & admirabile: Residuum erucæ comedit locusta, & residuum locustæ comedit bruchus, & residuum bruci comedit rubigo. Hoc non satis aptè referunt interpretes ad præcipuas Monarchias, quæ obtriuere populum Dei, quoniam uno eodemq; tempore non fuere. res ea nunc plane quadrat. Fiscus, quantum potest, erodit: sacer ordo gratis, quod reliquum est, & iustissimè debitum, si in officio ageret, emungit: Iustitiarius ordo, quod reliquum est, fraudibus absumit: calamitates oborientes, & oberrans miles (uolebam dicere prædo) reliquias corradunt, obterunt, perdunt. Sunt sanctissimi ordi-

nes, & à Deo positi & probati, nec uitia illorum sunt, sed temporum & hominum compendia ubiuis gratis quærentiũ: ideo illos perstrictos nolo. Id unũ uehementer defleo, quod ferè ubiuis aurum in scoriam uersum est: unde Deus aut ut sit pauperis uimdex, aut uniuersalis Iudex, nõ est certè diutius cunctaturus. Primo in loco ἀθλοθέται παναθήναια, ludos & sacra Mineruæ, quibus omnes Attici soli habitatores adesse solebant, summo apparatu pompa & largitionib. curabant. Insigni uerò palæstræ genere in illis certabatur. Nam quinto aut quarto quoq; anno coacta multitudine secundum ὄλυμπιάδων interuallum (eodem enim tempore panathenæa, panegyreis, & olympica, licet lustro conuenirent, fuisse celebrata, non facile crediderim) tota iuuentus procedente pompa cum peplo Mineruæ, theatrum adibat, ibiq; pueri puellæq; forma egregia armati, pyrrhicam saltabant. Demum exclusis omnino mulieribus, duriora certamina, & uiris digniora, ut in quibus tyrocinium fecerat suo modo iuuentus, instituebantur, proclamante ludicra cum cornicine præcone. Nudi enim athletæ ita prodibant, ut quisquis se illis offerrent primũ, cum eo esset quacunq; fortuna decertandum. Sed de hac uanitate satis. Sat est nosse, magna quinto quoq; anno, parua panathenaica singulis annis fieri solita fuisse: quæ & Gymnica erant, dicebanturq;, quod

nudi

nudi illic palæstritæ procederent. quare fiebat, ut abessent mulieres. Illis etiam Athlothetæ præerant, cum magna musicorum instrumentorum copia, ut per uarios modos accenderent aut remitterent athletæ animos, Phrygium scilicet, aut Dorium accinendo. Sequens erat, ἱπποδρομίας cura: equestri enim certamine periculum uirium & industriæ iuuentus faciebat, in honorem (ut aiebant) Apollinis et Neptuni. Dum enim prudens resp. religiones prætexeret, munerá; aut laudes aut coronas ex quauis re iuueni uictori daret, militem deligebat, & ueluti sæpius recognoscendo lustrabat. Cultus enim deorum in falsa religione, ut cœlesti scopo carebat, ita omnino in publicam, ignorante hoc rudi multitudine, tendebat utilitatem. Theatri, sicut & hippodromi, uidi reliquias Constantinopoli, in foro Theodosii. Locus latus est circiter centum passus, sesqualtera, aut ampliori longitudine: in extrema parte erat theatrum, in medio aliquot columnæ, cum obelisco Ægyptiaco. Vocabulum Græcum uulgare arguit. πόδρομο enim, & πρόδρομο dicit uulgus, docti ἱππόδρομο: Turchæ Atmeidane, quod locum seu aream equorum notat. Athlothetis addebantur quotannis decem χορηγοί. ueluti auxiliatores, & ludorum secundi præsides, qui nomine reipublicæ de suo honorifice expenderent. Et quia in orchestra hipartita

titæ erant tribus X. ad ſpectaculum, quinq; dicebantur mutuò χορηγοὶ & ἀντιχόρηγοι: non contrarij, ſed oppoſiti auxiliatores. ijdem ipſi λειτουργοὶ & λειτουργοῦντες, et antiliturgi dici ſolebant. In hoc munere à ſua tribu delectum fuiſſe, in gloria ponit Demoſthenes, in oratione quam habuit aduerſus Mediã antichoregũ, pro colapho illi à Midia in Dionyſiis impacto ductóue. ἐπιμελῆται etiã, quod eſt generale procuratorum uocabulũ, dicebantur, ut oſtendit Demoſthenes κατὰ μειδίου: κελεύων αὐτὸν εἰς τὰ διονύσια χειροτονεῖν ἐπιμελήτην, Iubens populum ut eum eligerent Dionyſiorum curatorem. Et item φυλῆς ἡγεμῶν, dux ſuæ tribus, quod inſigne honoris uocabulum eſt. Præterea βοηθοὶ, licet hæc uox auxilij ſit peculiaris confœderatis & ſymmachis. Iuſtin. in X. Codicis, hanc uocem ueluti pro quouis auxilio notam Latinis, Græcè tradidit, de Tabul. ſcrib. l. Vlt. βοηθοὺς, λογιστὰς, μηδογραμμάτους, λογογράφους, διαστολέας, &c. quas uoces Alciato, Zazio & Oldendorpio, Iuriſcõſultiſſimis explicandas relinquo. ἀγωνοθέται, quacunq; eſſent conditione in certaminibus, idem atq; priores poterant. Verùm hi corporibus & motibus, illi præmijs & muneribus præfuiſſe uidentur: aut certaminibus non ſacris forſan hi præerant. Demoſthenes Philippica tertia oſtendit, ἀγωνοθετεῖν & τιθέναι τὰ πυθία idem ſignificare, per ἀντωνομασίαν puto. καί τοι, ait τί τῆς ἐοχά-

της ὕβρεως ἀπολείπει; οὐ πρὸς τὸ τὰς πόλεις ἀνῃρηκέναι, τίθησι μὲν τὰ πύθια, τὸν κοινὸν τῶν ἑλλήνων ἀγῶνα; κἂν αὐτὸς μὴ παρῇ, τοὺς δούλους ἀγωνοθετήσοντας πέμπει.

Quid ad summã in nos restat iniuriam? Nonne præterquàm quod euertit urbes Græciæ, etiam disponit πυθικὰ certamina, commune omnium Græcorum munus? quod si abfuerit, seruos id suo nomine curaturos mittit. Certè intelligit de sacris Amphictionũ, quæ Pythio Apollini fiebant. Quatuor uerò in Græcia præcipua certamina, his uersibus fuisse lego:

Τέσσαρές εἰσιν ἀγῶνες ἀν' ἑλλάδα, τέσσαρες ἱεροὶ,
Οἱ δύο μὲν θνητῶν, οἱ δύο δ' ἀθανάτων,
Ζηνὸς, λητοΐδαο, παλαίμονος, ἀρχεμόριο,
Ἆθλα δὲ τῶν ἡοτινὸς, μῆλα, σελίνα, πίτυς. id est.

Græcia habet certamina bis duo, bis duo sacra:
Hæc duo sunt hominũ, hæc duo sunt superûm:
Hoc Iouis, hoc Clarij, hocq; Palæmonis Achemoriq; hoc,
Præmia sunt, oleæ, mala, selina, pinus.

ἀγωνοθετῶν uox etiam Latinis familiaris fuit, ut Modestinus 50. πανδ. θ. de pollic. l. Septitia docet, agonotheta existente et præsidẽte uiro meo. etiam circa l. principium, ἀγῶνος uocabulo usus est. Constituo, ait, agonem Trietericum, &c. D. Hieronymus in Epistolis ad Lucilium, cum Areopagita Dionysio, seruatorẽ nostrum IESVM CHRISTVM

STVM, nostrum ἀγωνοθέτην uocauit: Cœpisse inquit, multorum est: ad culmen peruenisse, paucorum. Qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit βραβεῖον. At contrà de nobis dicitur: Sic currite, ut comprehẽdatis. Non est inuidus agonotheta noster, nec alterius palma alteri parat ignominiam: omnes athletas desyderat coronari. Aderant utriq; magistratui, pro turbis abigendis à circo, μαστιγοφόροι: qui etiam si quid seditionis oboriretur in turba, ut frequenter fit, continuò aderant compositori, cohibituri uc. ἀγωνοθέται & ἀγωνάρχαι ijdem erant. Nunc promiscuè cætera à me obseruata, de ludis sacris & eorum magistratibus persequor: in hoc enim argumento amplius immorari non uacat.

PROMISCVVM CAPVT DE LVdis, sacris, & quibusdam eorum curatoribus. Cap. XXIII.

ΦΙλοβασιλεὺς assidebant Regi sacrificulo, in regia porticu, quum de sacris constitutionibus agendum uideretur: ut agitatis de ea re sententijs, etiam summæ potentiæ præscriberent, quid ex usu reip. optimum foret. singulari illos prudentia esse opus erat, ne quid in re summa uitij committerent. Et non pudet multos principes, sacrosancta consilia ex gratiosis hominibus, genereq; opibus & scortis potius quàm ulla sapientia nixis cogere, ne scilicet

ullus eorum gloriæ & ambitioni inhiantium, improbis multorũ suasionibus se opponat, aut unius libidini contraueniat. Quisquis certè fortunam et quæstũ æquo præfert, consilijs perniciem adfert. φιλοβασιλέων munus in sacris idem erat cum Rege: quare de illis nil addo amplius. Suo enim loco scriptus est sacrificulus. Εὐμολπίδας, sacrorum Cereris antistites, dictos à quodam Eumolpo uolunt, qui primus sacerdos deæ fuerit. malim ex etymo deduci, à modulatione scilicet, cum qua ferè omnes religiones in Græcia sunt introductæ. Porrò quũ præcipua isthæc sacra, & uetustate & religione & opibus, celebria fuerint, per antonomasiã ita hos sacrifices dictos puto. Apollo tibia coegit homines, lyra Mercurius, cithara Orpheus: Linus, et cæteri, à quibus cultũ ingenij & religionem accepit Hellas & Thracia, cantu permouebant etiam rudißimos & saxis stupidiores homines, antequàm eloquentia aggrederentur. Quum est ab Ægyptijs uẽdita Ceres, ex qua Cererem, Palladem Dianam, Proserpinam mendax poesis, & rudium hominum consensus confinxit, nõ est dubium quin post adeptam linguã Græcam, musicis etiam ea fœmina, sacra sua à patria adlata tradiderit. ἐκ τοῦ μέλπειν ergo, id est à modulãdo, unde μόλπη, dictos Eumolpidas cõijcio. Nam mendax poesis, deorũ inuentrix, quum aliud quàm scriberet, uellet innuere, tamen

proximè

proximè etymo ad rerum proprietates accedebat. Locus ubi sacra fiebant, erat Eleusis, non longè à Megara, quò singulis annis Athenienses pompam ditißimam terrestri itinere mittebant: quoad post Decelicum bellum sunt à Lacedæmonijs obsessæ uiæ, quas tandem ab exilio primo reuocatus Alcibiades liberauit, pompamq́; cum omni sacrorum apparatu antea mari agi solito, terrestri conduxit itinere. Musæi, qui discipulus Orphei fuerat, creditus est filius Eumolpus: si uerum est eum fuisse. Adscribũt ei tria uersuum milia de ritibus sacrorum, lõgè ante tempora Homeri scripta: quod ideo uix adducor ut credã, ut lubẽs eorũ subscribam sententiæ, qui tempore Homeri literarũ in Græcia usum aut ignotum, aut paucis cognitum fuisse credunt, traduntq́;. Poterant præter sacrorum tractationem, si ex composito adirentur, arbitri cõstitui, seu simplices, seu compromissarij. Id dabat authoritas. Ea fecit, ut per eorum nomen Athenæ intelligerentur: ut Cic. in Episto. ad Atticum docet: Lentulus, ait, naues suas pollicetur, peto abs te, ut hæc cures diligenter, Chylius te rogat, & ego illius rogatu, οὐμολπιδῶν πατρίδα, sub. πέμπε, aut aliquid aliud. Petit eo loco Cic. ad se ex Athenis signa, imagines & statuas, ad ornatum bibliothecæ & gymnasiorum mitti ab Attico. Tanto uerò conatu retinere & suadere religionem illam conati sunt, ut

duos

duos præstantißimos homines, Socratem & Aristotelem, ad cicutā adegerint: Platonem uerò contra animi sententiā multa in Dialogis scribere coegerint, quod facilè capiat, quisquis hominis mētem fuerit penitus contemplatus. Quum enim summum Deum in tam multis locis diuinè, quatenus lumine naturæ licet, attigisset, tradidissetq́: tamen, uelut palinodiā cantans, etiā in diuinitatis cōsortium adscripsit cū astris peritißimos homines humanaq́ cōsuetudine indignißimos: id uerò, quod magis miror, potißimū in duob. operibus, quib. totius disciplinæ ab eo tractatæ cōpendium, complexus uidetur, in Epinomide uidelicet & Timæo, fecißse uisus est. Quanta fuerit uanitas sub hac satanæ tyrannide, nolo hic repetere. res est notißima. ὀργεῶνες se offerunt. uocabulum illud ab orgijs Bacchi deductum uidetur: licet id genus habeat uulgares homines, sacris addictos, qui populis uarijs quæuis sacra eorum decreto peragebant. Non absimilia mendicabula innumera, prætextu peregrinationis, alit ubiuis terrarum Muhamedica persuasio: unde nunquam nisi in cohorte tutum iter est, qua agit illa pestis, quæ tamen nusquam non est obuia. ὀργιάζειν uerò est, sacra cuiuis Deo facere: deductum à primis sacris. Nam unus Bacchus, & Ceres, seu Osyris & Isis, pepererunt in Græcia & uocabula & res sacras. ὀργιαστικὰ ἔπη, seu μύθους, uersus quos-

dam cantabant, quibus consternarentur audientiũ mẽtes, et aßiduo motu in ἐνθουσιασμὸν prorũperent, ac pro responsis somnia referebant: quod paßim inter Muhamedicas gentes uideas, ubi tanta tamq; celeri agitatione corporis in circulum acti ad battalogiæ numeros Dei nomen repetendo uideas aliquos, ut ad tres horas animam efflasse quosdam credas: hoc à fictionibus sui prophetæ sontici habent residuum: creduntur eo prophetæ similiores, quo amentiores. Ideo recepto ab ea circumactione & uertigine spiritu, omnes in nugas prorumpũt, quibus superstitiosi non parum fidei adhibent. Sunt enim quidam eorum τριπλοξίαι. Quid scelerum in infandis Bacchanalibus ubiuis admitteretur, id docet, quòd nulla fermè gens non sponte, ante etiam IESV CHRISTI aduentum aboleuerit eam impietatẽ, sed quæ iam in sexcẽta alia monstra degenerauerat. γρῖφαι, seu γρῖαι uetulæ etiam Dionysiaca sua, sed suo more peragebant: sed potissimum Thesmophorijs præerant, cæteras q; matronas ad utraq; inuitare sacra erant ex officio solitæ. ab ætate nomen impositum est. Alibi Palladi sacrificaturas etiam cogebant, quod aiunt Homerum in. ζ. de Hectoris matre innuere uoluisse:

ὡς ἐφαθ' ἡ δὲ μολοῦσα ποτὶ μέγαρ' ἀμφιπόλοισι
κέκλετο, τὰς δ' ἄρ' ἀόλλισαν κατὰ ἄστυ γραΐας.

Hæc q; domum repetens, seruas iubet ad sua sacra

Matro-

Matronas excire, illæ citò iussa capessunt.

Non possum dicere, quantum me torserit dictio τραπεζοφόρος,, pro magistratu: quum illam pro sacro munere, apud Harpocrationem tantum legisse potuerim. Viri fides, & in cæteris rebus diligenter ex ipsis authoribus tradendis sedulitas facit, ne hac in re illi meum calculum demam, ita scribit, τραπεζοφόρος, Lycurgus in ea oratione quam de Sacerdotio scripsit, nomen fuisse sacerdotij τραπεζοφόρου inquit: ea uerò alio nomine κοσμῶ dicebatur. solebat uerò illa omnia sacra Mineruæ disponere et exequi unà cum alijs. Ipse idem orator, Istrusq; in sextodecimo Atticorum conuentuum, hoc item tradit. Hæc Harpoc. Sudas, quanquam ad uerbum penè trāscripsit Harpocrationis Lexicum, tamē præterquàm quod nil adfert, etiam mancam illius sententiā reddit, quum ait, λυπῶργος ἐν τῷ αὐτοῦ λόγῳ: perinde atq; si unam orationem tantum scriptam reliquisset.

Mirum est, Cœlium Rhodiginū, multæ uariæq; lectionis hominem, eleuare in hoc uocabulo authoritatem Garpocrationis uoluisse, quodq; alibi non legerit, negare, pro sacerdotij nomine usurpatā eam uocem fuisse: perinde atq; omnia legisset, quum scriptores Græci polygraphotati ad bis mille hodie perierint, uno in quibusdam authoritatibus nomine superstite: & tanquam maior fides homini Græco, doctoq;, & ante literas accisas nato (nam ante

mille & trecentos annos uixit Harpocration) non debeat haberi, quàm Latino, ab ea religione alieno. Quicquid neget, certum est, inter mulieres illas quæ sacra Cereri faciebant, unam ordinis causa primariam fuisse, ut in quouis hominum congressu ordinato, quæ precipua sacrorum mysteria tractaret, cæterisq; more Abbatum nostratiũ præscriberet. Mensulam uerò quæ à fœmina posset gestari in illis sacris, uarijs fructibus onustam, in δημουτρὸς honorem & inuentorum memoriam, licet scriptis non cõstet, certè signis illis trapezophoris argui potest. Quamuis enim, ut inquit Lucanus, nullum sine nomine saxum in Attica fuerit, tamen signa non solebant à rebus ignobilibus, nec fortuitò effingi ab illis præclaris ingenijs. Supererat tenuis quædam memoria Ciceronis temporibus: ideo non erant omnes curiosi, & desyderabant in uetustarum rerum memoriam τὰς τραπεζοφόρους, id est statuas illas quæ mensas gestarent, essentq; ueluti monopodia. Cicero lib. VII epistol. ad Gal. uocis eius meminit: & Paul. Iureconf. π. de Legata supellect. l. 3. Mensæ, inquit, trapezophora delphica, subsellia, &c. super huiusmodi statuarum caput, abaci erigebantur, ueluti super Cariatidas ædificiorum moles. Si faciet Deus ut iterum repetam Græciam, certè dabo operam, si quid uetustorum authorum usquam gentium delitescat, quod nos ab huius-

huiusmodi scrupis summoueat, nanciscar. Mihi supersunt φράτορες, ex singulis tertijs partib. delecti, in quendam sacrorum usu, ut quidam uolunt: ut alij, ipsissimæ tribus sunt. Magis tamen ad eorum accedo sententiã, qui differre putant. ut sit τρίτης, tota tertia pars, seu tricesima, à 10. tribubus. à 36. à 12. φρατρία uerò sit cognatio in uicinia agens, & communi puteo utẽs: dicta enim ἀπὸ τοῦ φρέατος, id est à puteo. Hoc nominis esse bene uetustum, docet Cicer. de legib. secundo, quum ait: Ego meherculẽ & Catoni, & omnibus municipibus duas esse censeo patrias, unam naturæ, alteram ciuitatis: ut ille Cato, quũ esset Tusculi natus, in P. R. ciuitatem susceptus est. Itaq; quum ortu Tusculanus esset, ciuitate Romanus, habuit alteram loci patriam, alterã iuris: ut uestri Attici, priusquàm Theseus eosdẽ migrare ex agris, & in ἄστυ, quod appellatur, omneis se cõferre iussit, et symphreatidas uel symphratoras (nam utrunq; expuncto τὸ συμφρέατας legi potest, ex Atticis) sic et nos eã patriã dicimus, etc. Ex hoc loco, collato cũ græcis, lux accedit, ut & Latinis à Græco. Quælibet uerò φρατρία suum φρατριάρχον, ueluti & τρίτης τὸν τριττύαρχον habebat. Tradit Harpocration, in singulis φρατρίαις fuisse triginta γεννητὰς, genere affines, τοῦ αὐτοῦ γένους κοινωνὸς, ut ait, alioq; uocabulo ὁμογαλάκτας nuncupatos, ac si dicas Collactaneos: ex quibus deligi solebant sa-

cerdotes pro qualibet γενέσα. Hæc ut poßint constare, semper cogitandum est, triplicis magistratus usum in omnibus populis fuisse: unde tam ægrè inter iudices iudiciariós ue ordines, militares & sacros possumus distinguere. Innumera præterea erant sacrorum in falsa religione genera. Erat illis Ζεὺς ἕρκιος, protector: νέμειος, uindex: ἐλευθέριος, liberator: cuius auspicio adscribunt uictoriam de Persis in Salamina habitam. Erat Apollo patrios, & apotropæus, & sexcentæ singulorum nebulonum superstitiosæ religiones. Nomina mensium id indicant. nullus enim, præter unũ forsan, aut alterum, nõ habet nomẽ à quodam sacrificij in eo fieri soliti genere. Gamelion primò, qui lunæ in mensem Ianuarium pro maxima parte incidentis cursui adscribitur, à nuptijs Iunoni sacris, quo nomine fiebant ei sacra, nomen habet. Sequenti in ordine est ἐλαφηβολιών, à petendis iaculandis ue ceruis, in memoriam Dianæ uenatricis dictus. Erant Munychia etiam Dianæ sacra, unde μουνυχιών dictus est. μουνυχία dicta ẽst Diana, luná ue, quòd noctu sola excellat. Lauerna est eadem, deáq; furum. eo nomine erat & portus, & circa eum arx fortißima Athenis, quæ et ciuibus tumultuantibus, & externis timorem hostibus posset incutere. Ferunt Epimenidem, quum aliquando illam arcem contemplaretur, dixißе: O futuræ sortis inscios mortales, si quan-

quantũ olim detrimenti ob hanc arcem essent Athenienses accepturi, nossent, illam uel dentibus concerperent. Contigit certè, ut omnino ob eam arcem concisæ Athenæ, & in seruitutem, unde nunquam liberari potuerint, redactæ sint ab Antipatro Alexandri successore, non sine præstantißimorum uirorũ cædibus, aut proscriptionibus. Apri li respondens Thargelion, qui & κρόνιος, ob sacra apollinis θαργηλία uerno tempore, quum terra calescit, fieri solita, nuncupatus est. σκιροφοριῶν ferè nulli genti non est aliquo cultu celebris, præcipuè quum primorum foliorum umbracula æstus gratia petuntur. Nomen dedit ἑκατόμβη sacrificium centum boum, Ioui fieri solitum ἑκατομβαιῶνι. Non erant uerò ea sacra centum boum, ut creditur, sed centũ numorũ. erat enim βῶς, numi species, à Theseo percussa. unde prouerbiũ redempti ab eloquẽti Demosthene silentij, Bos in lingua: uoce illa ambigua magnificè de sacris, alioqui non magni sumptus, loquebantur: ut non pauci gloriæ causa hodie, suos numulos aureos uocant, aut minimæ monetæ numerum inauditum, apud imperitos proferunt, ut insignes uideantur eorum prouentus. A sacris Apollinis μεταγειτνιῶν dictus est, quòd uicinia eò conuenire esset solita. Quòd uehementi uoce & cursu bellum cum Amazonibus sit à Theseo cõmissum, quodq; sacra Apollini fecerit ante con-

sertam manum Athenienses, Boedromia instituere, circa lunã Iunij: unde βοηδρομιῶν mensis dictus est. μαιμακτηριῶν uerò, memoriam Iouis obscuri & nebulosi seruat. A coquendis Apollinis nomine fabis, πυανεψιῶν uocatur. Nouember, à florum priuatione solùm dictus legitur, ἀνθεστηριῶν ἀπὸ τῶν τῶν ἀνθῶν φθορήσεως. ποσιδεῶνι nomẽ est à memoria Neptuni, cui tamẽ & Palladi cõmunia eo mense sacra fiebant. Ita nil non scatebat sacris superstitionibus.

Sed ad φράτορας redeo, quibus tam uariorũ sacrorum cura incumbebat. Singulis in urbibus similes ordines hodie esse oportet, non causa sacrorũ: nam nostri sacri magistratus sunt, probi uel improbi, sacrosancti ordinis causa omnes perpetui: illi electitij & temporarij erant, perinde ut nunc sunt magistri & fratres scholarum, ut uulgo dicunt Venetijs, qui ad cultum sacrum insigni pompa sub aliquot diuis coguntur, non ex regionibus, sed ex artibus & muneribus præscriptis. Vocabat eiusce modi congressus eorundem hominum, rex Galliæ, monopolia: curauitq; ut abolerentur in præcipuis sui regni urbibus, collato in pauperũ ærarium eorum prouentu. Sex uiri, sex regionũ Venetiarum, quas sextariam uocant, ad unguem respondent τριτυάρχοις, qui præerant hic confratrijs, ut uulgo uocabant. & qui curam scholarum Venetijs habent, quadrant cum τετραρχίαις. Adscribebant præter

sacro-

sacrorum curam phratores, seu symphreatides, i uuenes ἐν τῷ ληξιαρχικῷ, in publico diario, ut per ætatis publicam cognitionem, constaret & militandi, & adeundæ hæreditatis, & nubendi tempus, quò præterea possessiones pergerẽt, in quotq; partes diuiderentur. Erat eiusmodi duplex inscriptio, & libellus duplex. Nam in communi diario, quod κοινὸν γραμματεῖον uocabant, promiscuæ omnes inscribebantur: in ληξιαρχικῷ uerò illi, quibus administrandæ hereditatis facultas daretur. In suum genus illi, hi inter ciues iam adnumerabãtur. Si hanc partem haberent inter patricios Veneti, longè sanè facilius sine ulla discussione, qui essent: illis inter ciues, id est, notabiles habendi, agnoscerent, sumptumq; & laborem non paruũ sibi adimerent. Nil dico de cæteris administrationibus, quum reuera una illa mihi uideatur superstes, quæ aliquid Atticæ reip. imagines effingat. Quum uxoraretur iuuenis, tunc φράτορες aderant suorum generum, adductisq; unà sponsa & sponso sacra faciebant, mactato masculo animali nomine maris, & fœmina loco puellæ: sanctumq; & faustũ in illis sacris iubebant, orabantq; ut esset coniugium. Hæc sunt olim à me obseruata. Qui plura uolet, ex ijsdem fontibus illi haurire licebit, tenuitatemq; nostram sarcire. Nunc primæ editionis scripta prosequor.

DE NOVEMVIRIS VNA, QVOS ἄρχοντας Græci, id est principes dicunt. Cap. XXIIII.

CEleberrimi Athenis erant οἱ ἐννέα ἄρχοντες, nouem principes, qui eligi in eam functionem non poterant, nisi præstito hoc iureiurãdo, Esse tam à patre quàm à matre genere Atheniẽses, talesq́; iam ab auis abauisq́; atque atauis agnosci. Rogabantur præterea an αὐτόχθονες essent, id est indigenæ, an à quibusdam alijs populis olim traxissent originem: quod & Veneti in agnoscendis nobilitatis liberis factitant. De religione, si esset ipsis ζεὺς ἕρκειος, Iuppiter penetralis tutelarisue, ἀπόλλων πατρῷος, Apollo auitus authór ue. De uita anteacta, si in parentes beneficia contulissent, si pro patria, aris, focis, arma fuissent ab illis sumpta, si publicis honoribus meriti in rempublicã collati ergò donati aliquando fuissent. quas notas consequuti, admitti poterant, non aliter. Hæc illos interrogabant Ariopagitæ in regia porticu, quæ paulò antè tradita est. Exhibito primo iureiurando, hoc secundum addebant, Se perpetuò seruaturos leges, auream statuam nunquam pro quantumuis in rempublicam magno beneficio postulaturos: non δωροδοκήσειν, id est sordes & quæstum iudicij causa sectaturos. qua data fide, in Acropolin Atheniensium arcem à senatu, ubi idem iusiurãdum repeti moris erat, deduceban-

cebantur. Non absimile à senatu Veneto solitum est ei fieri, qui classis electus est imperator, quem Prouidadorium uulgò dici, expositum à me est prius, diuerso tamen longè sacramento. Is enim prospecturus rebus bellicis, annonæ ac classi est: illi legum uim administrare solebant. Vbi in arcem exceptiérant, quamuis omnes ἄρχοντες dicerentur, tamen sex θεσμοθέται, unus ἄρχων ἐπώνυμος de quo dixi, alter βασιλεὺς, id est rex, tertius πολέμαρχος magister militum dici solebat: de quibus ipsis singillatim summodò dicturus.

DE EPONYMO.

Cap. XXV.

AB eponymo τὰ Διονύσια, id est Bacchanalia, & θαργήλια: id est Apollini & Dianæ sacra, unde θαργηλιὼν mensis Aprilis dictus est, administrari consueuerant. Lites τῆ κακώσεως (qua uoce primò lites quæ inter uirum & uxorem accidérent, secundò mutuas imter parentes actiones, aut liberorum ingratorum erga progenitores, et itē plura actionum genera, significantur) audit atq; iudicat: pœnā τῆ παρανοίας: id est, iniuriæ per temulentiā illatæ statuebat. Illius curæ cōmittebātur orphani, ad quos defendēdos tuēdosq; ἐπίτροπος tutores uiros singulari integritate deligere solebat, qui ius etiam inter legitimū et institutū hæredē dicere ex officij ratione solebant. Hos Græcia τῆ ὀρφάνων ἐπιτρόπους, id est

orpha-

orphanorum tutores, ut ab his apposita distinctione differrent, qui χηρῶν ἐπίτροποι uiduarum defensores dici consueuerant, uocare solebat. Postremi uiduas quæ post mariti mortem grauidæ remanserant, diligentius conseruabant, atque posthumis prospicere soliti, curabant uiduas pupillosq; diario indictionum eximi, publicisq; contributionibus liberari. Qua in re quàm simus negligentes, id satis monstrat, quòd nullus ad id munus magistratus peculiaris deligi solet: & præclaris interim uerbis pietatem intonamus, in qua exercenda facile non tantum à Muhamedicis, sed & ab ethnicis uincimur. ἐπίτροπον alioqui si sine adiecta alia uoce acceperis, cuiuis negocio præfectum notabit. Iam suprà docui fastorum seriem, rerumq; gestarum memoriam ab hoc eponymo magistratu notari scriptis publicis priuatisq; solitam: quod uerum semper erat, nisi quòd in ἀρχαιρεσίαις, id est, magistratuum electione sub anni principio fieri ad aliquot dies solita ita supputabant, ὡδὶ πρώτης πρυτανείας τῇ δεκάτῃ ἢ ἑνδεκάτῃ, primæ prytaniæ decima aut undecima. Cicero morem Græcorũ exprimere libro de Fato, uoluit: Morietur, inquit Epicurus, quum duos & sexaginta annos natus uixerit Archonte Pythoraco. Voluit & genitiuum Græcorum in ablatiuum Latinorum transferre Græco uocabulo. Propriè itaque dicebatur ἄρχων ἐπώνυμος,

id est

id est princeps unde res gesta rationem temporis nomenq; acciperent. De eponymis statuis iam antè scripsi. ἀρχὴ ἐπώνυμος nomen erat magistratus illius. Vnum nolo omittere, quòd hi ius ciuibus tantùm dicerent, in ijsdē uerò causis πολέμαρχος inquilinis.

DE REGE. Cap. XXVI.

Βασιλέα regem sacrificulum interpretatur Liuius: unde possumus confirmare (quod sæpius exposui) Romanos non tantùm legum exemplum à Græcis expetiuisse, sed & reip. imaginem hinc sumpsisse. Quemadmodum enim hi rege sacrificulo sacra ferè omnia administrare solebant, ita nomine sacrorum prima erat Athenis authoritate rex. Prima enim muneris dignitas illi erat, quod τὰ ἐλευσίνια καὶ λωαῖα Cereri & Baccho sacra cum ludorum curatoribus fieri pro moris usu curaret. In singulis enim ludis Athenienses suos χορηγὸς, id est choragos seu adiutores habere solebant, qui nō tantum (ut iam à me est notatum) præerant ludis, sed & liberalitate pro opum ratione in reipubl. impensas utentes, de suo non parum insumebant: eo solùm nomine, quòd illorum essent præfecti, quemadmodum in certaminibus ἀθλοθέται munerarij athletis partim ex suo, partim ex publico ære præmia proponebant. In choragorum munere & priuilegijs aperiendis tota Demosthenis in Mediam oratio

tio uersatur. siquis itaque copiosius de illis legere cupiat, illam percurrere poterit. Horum exemplum in mysterijs (ita tragœdias comœdiasq; uulgares, quæ uitas heroum pro Christo passorum personatis hominibus plebeijs exponunt, uulgò dicunt) frequens usque adeò est, ut multi inde rem familiarem, dum lucello inhiant, decoquant amplissimam. Athlothetarum exempla crebra sunt in singulis urbibus, quæ aut iactu balistæ, ignei tormenti, arcus, aut etiam palæstræ exercitatione militem exercitent. Curabat præterea noster sacrificulus sacra τὰ ἐδὶ λαμπάδι, quæ uidelicet ad lampadem fierent. Quæ uerò ea essent, quá ue ratione obiri solita, ita scriptum reperio: Tria ubi semper lampadis usus erat, festa Athenienses habuere, ἀθηναῖα, ἡφαιστεῖα, προμηθεῖα, Mineruæ, Vulcano, Prometheo. Suidas ait, Istrum scriptum reliquisse, quòd quum Athenienses sacra Vulcano facerent, lampadem excogitassent: ob cuius rei memoriam perpetuos illi ludos consecrarint, in quibus usus semper esset lampadis. Vt uerò gratiam referrẽt etiam prudentissimæ artium inuentrici Palladi, itemq; Prometheo, primo suprema literarum memoria artium uariarum inter homines propagatori, sanxere ut pariter in illorum sacris eadem lampade posteri uterentur. Quæ quum altius contemplor, ut non possum satis admirari quàm nullam ferè ob rem, aut uilioris, &

ris, & quam facile rideas artis excogitationem, le uiter temereq;, ne dicam impiè, credula nimis antiquitas multa hominum monstra in deorum numerum reposuit, ut ostenderet religiones illas opinione nõ ueritate niti: ita ediuerso uehemens mihi subit illorum hominum à uera pietate alienorum admiratio, q semper persuasum habuere, nil boni in hac uita sine lumine atque adminiculo cœlesti se posse consequi: quod uehementer illorum refellit amentiã, qui sine prouidentiæ munere res istas bene geri posse credunt. Peractis sacris, etiam controuersias quæ illorum causa inter gennetas oboriebantur, dirimebat. Qui essent γενεται, ex Harpocratione paulò antè attigi, paucisq; denuò explicare uisum est. γενεται, inquit, sunt eiusdẽ generis familiæ ue participes. Quum enim Atheniensium populus esset in certas partes diuisus, maximæ (ut diximus) φυλαι, id est tribus uocabantur: quarum singulæ trifariàm partitæ τριττυς creabant: quæ etiam φρατριαι dici solebant, ἀπὸ τοῦ φρέατος, à puteo uidelicet, cuius erat in eadem uicinia communis usus. (Dixi iam in demarchis etiam quamlibet tribum propter nautica munia in duodecim partes seu ναυκραριας partiri) quælibet uerò φρατρία (persequitur Harp.) sacrorum grãtia in triginta partes diuisa creabat γενος, nongentesimã populi Atheniẽsis partẽ: cuius singuli patres familiãs γενεται uocari solebant:

bant: inter quos ius de sacrorũ administratione dicebat. Subdit idem author Isæum in oratione pro Apollodori hæreditate συγγενεῖς & γενυητὰς, uocabulo abutendo, eosdem dixisse: Philochorum præterea γενυητὰς interpretatũ ὁμογαλάκτας, quasi collactaneos dicas. De cæde causas, quas ex præcognitione aut ex occasione rei obuij præoccupare poterat, in senatum Ariopagiticum introducere solebat: ubi uerò reos ante tribunal stitisset, deposita corona ipsis Ariopagitis assidebat, sententiam pro ratione criminis primus dicturus. Ad hæc rerum inanimatarum causas, uerbi gratia de damno ab obice in uia publica dato, de ruina ex tigno communi, macerijs, ædibus ruinam minantibus, & huiusmodi audire solebat, quisq; teneretur earum nomine, iudicio declarare.

DE POLEMARCHO TRIBVNO militum. Cap. XXVII.

Τῶν δ' ἀρχόντων τρίτος ὁ τῶν πολέμαρχος, Principum tertius erat polemarchus: qui quo uocabulo melius Latinè dici possit, etiam officij explicatio planum faciet. Præerat primùm Dianæ et Martis Enyalij sacris, ob eam rem, quòd hi potissimùm rebus bellicis præire crederentur: quod Homerus epithetis appositissimis expositum reliquit, dum illam ἰοχέαιραν, hoc est telis gaudentem, hunc ἀλλοπρόσαλλον, μιαιφόνον, τειχεσιπλήτα: id est inconstantem

tem, homicidam, murorum urbiumq; euersorem uocat. Certamina etiam ἐνδιταφικὰ ornari & dispo ni curabat polemarchus. Erat olim præclarus Atheniensibus mos, ut quotquot in bello pro patria fortiter occubuissent, eos in diario adscriptos, nominum & rerum ab illis præclarè gestarum crebra recitatione, celebratione & gloria, præsente uniuersorum ciuiũ corona post tam fœlicem mortem ludis & celebritate publica celebrarent, certaminaq; à iuuentute fierent, quæ dicerentur ἐπιταφικὰ, id est sepulchralia; in quibus ipsi iuuenes gloriæ cupiditatæ ad rem bellicam, mortis contemptum, amorem reipubl. usque adeò beneficorum in se memoris inflammarentur. Quanuis enim uirtutis præmium uir bonus in conscientia, minus perfectus in gloria ponit, tamen uerum est & illud Silij,

Nec reperire licet multis è millibus unum,
Virtutem precium qui putet esse suum.

Qui itaque gloriam è rebus humanis tollit, is uirtuti alas præcipuas adimere uidetur. Tribus enim illa rebus potißimum alitur: unica gloria in magnis uiris, cui præmium accedit in tenuioribus, at quos non usque adeò ea incitant, formido, & præsens pœna illam in improbis inserit: qui non raro inde habitum facultatemq; ad duo prima sibi comparant, ut iam scilicet non inepti, præmio digni

sint: quo euecti, in gloriæ cupiditatem, quæ illos in uirtute retinet, transeunt. Præscribi præterea à Polemarcho solebant cantilenæ & uersus quidam in laudem defunctorum, & uirtutis: qui ipsis iuuenibus decantandi in ludis publicis dabantur. Qui ordinem in bello reliquissent, qui imminente periculo fugissent (quæ crimina λιποταξίς, & ἀποστασίς uocant) eos ad senatum Ariopagiticum deferebat condemnandos. Singulis tribubus manubiarum partes dare: inquilinos qui sine census persolutione aut uade Athenis agerent, multare: ius inquilinis & ἰσοτέλειαι, id est populis fundis, ciuitateq; donatis dicere: legatis prospicere: in summa rei militaris & inquilinorum omnia tractare terminareq; consueuerat. Scribunt non pauci authores et urbis claues ad eum deferri noctu solitas, portarumq; custodiam tradi: quod munus in liberis Galliæ ciuitatibus, illorũ est quos uulgò Maiores uocãt. Verùm quia is rei militaris summam habuit, uolo hoc in loco cæteros belli duces attingere.

DE MILITARIBVS OFFICIIS, Cap. XXVIII.

SVberant πολεμάρχω duo ἵππαρχοι equitum magistri, ut refert Harpocration Aristotelẽ in Athenienſium politia scriptum reliquisse: quibus non tantum equestris ordo, sed uniuersus quo in loco erant, pareret exercitus necesse erat: alioquin animaduer-

maduertere in facinorosos imperiumq; detrectantes statim licebat. Curabant præterea, ne quis ab ordine aut à duce semel delecto recedere in dicta causa urgente sine illorum permissu pœna capitis auderet: ut modum in uictu & cultu seruaret: ne se sarcinis grauiorem uictumq; redderet: ne iniuriam popularibus inferret, & cætera huiusmodi militibus præscribi solita. quibus in obseruandis mirũ quàm simus socordes. Sobrietate, continentia, obedientia olim Galli non tantum Europam totam subegere, sed & Asiam partim incursionibus uexarunt, partim formidine terruere: nunc uenus, ingluuies, ebrietas, peruicacia, ordinis & ducis contemptus, furta, cædes, rapinæ, propriorum ciuium & popularium etiam lõge uiolentiores quàm à quouis immani & barbaro uictore pati possis, nos delicijs inuoluentes in contemptum uertunt. si interim à Duce uiro probo expetatur pœna de eius milite, audet turbas & factionem excitare, se abducturũ ad alium plures cõminari: & hæc patimur: unde inultaſcelera illos furcis quotidie reseruãt. At quid mirum nos isthæc pati, quum uirtus ducum & seniorum soleat temeritati & iuuentuti posthaberi, fauoribusq; non meritis nitamur? uirtus uerò tam sit suspecta etiam in iuuenibus ut non æquo animo haberi soleat? Verùm frustra queror, capita non infrequenter sunt membris deteriora. Hoc tam

difficile tamq; laboriosum munus per ταξιάρχαι, id est ordinum præfectos obire solebant. Hi enim ordinum duces, centuriones, decuriones, leuiorisq; armaturæ milites in ordinem cogere solebant, quod Græci παρατάξαν dicunt. Erant Athenis et decẽ φύλαρχοι, id est tribuni, tribuúm ue præfecti, quos quidam scribunt (quibus non facilè assentior) hipparchis præfuisse. Diuersum uerò me sentire Demosthenes facit Philippica prima, ὃν ἐχειροτονεῖτε δὲ ὑμῶν αὐτῶν δέκα ταξιάρχας καὶ στρατηγὸν καὶ φυλάρχας, καὶ ἱππάρχους δύο; τί οὖν ὅτοι ποιοῦσι; Nonne elegistis ex uobis decem ordinum præfectos ac duces, tribuumq; præfectos, & magistros equitũ duos? hi igitur quid faciũt? Voces diuersæ, muneris diuersitatem significant, & ex ordine dicendi, functionis seriem monstrant. ἱππῆς porrò, id est equites illi, quibus ἵππαρχοι præerant, quotannis ἱππάδα, id est sacra equestria persoluere soliti erãt. Voce φυλάρχου Græca usus est Cicero in Epistolis familiaribus. Verùm ab hac tractatione mihi parum cognita de experientia, recedo, ne idem mihi contingat quod olim sapiẽtiæ professori in Græcia Phormioni apud Hannibalem contigit. quum præclarè enim, ut literæ humaniores nullius rei quantumuis abstrusæ expertes illum docuerant, de re militari ex arte disceptasset, Pœnus subiunxit, multos se quidem deliros senes sæpe uidisse, sed illo uno qui magis deliraret, uidisse neminem.

DE

DE SEX THESMOTHETIS.

Cap. XXIX.

VEluti ſumma capita in iudicijs ſex Theſmothetæ cum tribus iam ſcriptis, tribuum duces, equites, equitumq; magiſtros eligere ſolebant, alioqui horum præcipuum munus erat in iudices legum præſcripto non utentes in iudicijs, ueluti cuſtodum totius reipubl. obſeruatorum, ſeuerißimè animaduertere: ita loco illorum ſanè nos regios procuratores & aduocatos habemus, ſed apud quos nõ rarò ἡ χεὶρ τὴν χεῖρα νίπτει, nulla ſane ars eſt præſtantior ad cohercendam ordinis iudiciarij auaritiam et fauores aptior, quàm ut liceat cuilibet accuſare magiſtratum periculo talionis ſi non probet, ut quæ minima à magiſtratu aut ſumma authoritate uiris in tenues admiſſa duplici pœna expientur. Quicquid admittitur ſceleris, ſi ſemel in Gallia nefarius aut terrore aut munerib. os publicorũ accuſatorũ regij aduocati & procuratoris dico obſtruxerit, nemini accuſare licet. ideo in hac re grauiter peccatur, quod illi homines ſordib. obnoxij ferè nil ſtipẽdij à fiſco accipiũt & undeuis corradere coguntur. Nec ob egeſtatem, nec ob ullius potentißimi terrorem deflectere à uero debet publicus accuſator. Seorſum porrò Senatum extra præſcriptum iure aut conſuetudine tempus cogere poterant, quod quanti eſſet muneris, quantæq; authoritatis,

ut hodie ſatis patet, ita Romani magno docuere argumẽto. Licebat enim apud eos tantùm dictatori, conſuli, prætori, & in ſumma rerum difficultate Tribunis tam militarib. quàm plebeijs id efficere. Habito ſenatu, illius acta ſignificari popularibus curabant. Litem intẽdere præterea ſolebant in eos magiſtratus, qui nondum omnium ſuffragio examinatam legem promulgaſſent, quam actionem παρανόμων γραφὴν uocari iam ſuprà in Nomophylacibus notaui. Erant enim ſingulares legum uindices. Populis fundis præterea qui Atheniensium iure uterentur, ius præſcribere, in falſos teſtes pœnam ſtatuere, talionis pœna falſum accuſatorem plectere, iudicibus ſingulis cum proedris ſedes honoris loco deſignare, illorum fuit muneris. Hoc munus in conſtituendis iudicibus propè obſeruari à Quatuoruiris præſidib. apud Pariſios uidemus, aut ſi alij deſint, ab uno qui curiæ præſideat. Sunt enim apud nos, præcipuè Pariſiis (quum alioqui in Gallia ſit conuentus Rhotomagenſis, Burdegalenſis, Toloſanus, Gratianopolitanus, & Diuionenſis) plures ut uocant cameræ, quæ ſubſellia non malè uocari credo, quibus uarios iudices quotannis dari certum eſt. Alibi enim cauſæ ciuiles, capitalia alibi crimina, alibi quæſtio rerum fiſcaliũ tractatur. Iura principum alij, multas alij exigunt. quæ proſequi eſſet aliud opus ſi pro materia dicatur. Verùm hæc

me

me admonent, ut subselliorum Atheniensium loca nunc attingam.

DE TRIBVNALIBVS SVBSELLIJS úe, in quibus Athenis ius dicebatur. Cap. XXX.

VT clarius singula appareant, Demosthenis omnium doctrinarum principis, ex oratione κατ' ἀριστοκράτους sententia mihi primùm in medium adferenda uidetur. Illa enim lucem sequentibus maximam adferet. Vbi ergo in memoriam ipsis Atheniensibus illa publica commoda retulit, quibus illi fruerentur quotidie, qui ciuitatis iure utebantur, quorumq; Charidemus (in quem partim ea oratio scripta est) si secundum Aristocratis decretum ipsum Atheniense recepissent, particeps esse poterat, ait: Varia quidē certè sunt apud uos, ô Atheniēses, cōmoda, qualia nō temerè alibi reperiātur: inter quæ unū illud præcipuū est, nō minus celebre quā uenerandū, Ariopagiticū tribunal: de cuius dignitate si quisquam orationis copia dicere conabitur (tam uaria magnaq; de illo tū ab antiquis tradita, tū nostra memoria cognita sunt) tāta se dicendorū moles offerat, ut de nulla alia re maior: quorum tamē ipsorū exempli gratia unū atq; alterum adferam in medium: utq; primò ab antiquis est traditum, referam. Dij ipsi senserunt illic potissimùm cædis iudicia peragi debere (ita fama est) ibiq; potissi-

mum iudices fuere. Neptunus pro Halirrhothio filio aduersus Martem id testatur. Duodecim dij iudices inter Orestem & Furias illic sententias dixere. At ista antiquiora uidentur. Veniamus ergo ad recentiora. Tanta huic senatui reuerentia, tanta est semper habita fides, ut nec tyrannis nec oligarchia (quæ paucorum potentiorum imperium est) nec etiam quæ uniuersarũ administrationis specierum uim superat Democratia, ausa usquam fuerit cædis iudicia ab eo loco transferre. Ita omnes in uniuersum semper sua consilia debiliora putauere, quàm quæ possent tam exactè uerum ipsum atque æquitatem in causis tam fœliciter assequi. Ad hæc etiam (quod ipsum maximum est) nemo unquam aut reus conuictus, aut accusator non conuincens repertus est, qui meritò ab eorum sententia posset prouocare. Nunquam enim quicquam quod reprehendi meritò posset, in eo collegio decretum est. Hæc Demosthenes: cuius uerba appendere ob dignitatem paulò prolixius uisum est. Pausanias in Atticis ita tradit: Prima quidem, ait, in dextra τοῦ πραμικοῦ parte est στοὰ βασίλειος, regia porticus, in qua annuo magistratu solet rex sedere, cuius magistratus ὁ βασίλειος ἀρχὴ dici solet. Harpocration ex prima Demosthenis in Aristogitonem oratione, tres esse στοὰς βασιλείας, porticus regias, inuicẽ é regione collocatas ait. Primam διὸς ἐλευθερίου, Iouis liberatoris: alteram

ram regiam uulgarem usitatamq; : tertiam uarijs figuris ornatam, quam ideo ποικίλῃ dixere Græci. sed uerba Pausaniæ prosequor. ἄρειος πάγος, inquit, id est Martius uicus, dictus inde est, quòd ἄρης, id est Mars, condemnatus illic est, eò quòd ἀνιψιόθιον occidisset. ubi & Orestes ob matrem interfectam iudicatus est: qui ut sententiæ pœnam effugeret, aram Palladi instituit, quam ἀρείας ἀθηνᾶς βῶμον, id est Martiæ Palladis aram uocauit. & paulò mox, Sunt etiam Athenis alia tribunalia non usque adeò ut primùm celebria, ut est τρίγωνον, à figura triangulari ita dictum: & παράδυσον, ita nuncupatũ quòd in obscuriori urbis loco (erãt Athenæ in decliui loco sitæ, Libanotoq; obiectæ) esset, atque à paucis frequentaretur. Maximum uerò omnium, et in quo plures conuenirent, erat ἡλιαία, de quo iam dictum est. In quo autem homicidæ, uenefici, sicarij, & maximè causæ capitales iudicarentur, illud uocabãt παλλάδιον. ἐν δελφινίῳ ius illis dici solebat, qui cædem quidem cõmisissent, iure uerò naturæ tuendæ se fecisse assererent. In prytanio de rebus ciuilib. ut suprà à me est notatum, transigebatur. τὸ πειραιῶ (qui locus ad portum non longè ab arce erat) iudicia φρεαττύος erant, ubi uidelicet illorum audiebantur accusationes qui iam iudiciũ extra Arium pagum effugissent: qui ueluti profugi causam ex nauibus dicere consueuerant. Hæc Pausanias paucis ex-

plicat: à quo ad lucernam Demosthenis rediens, uolo maiorem lucem adferre. Postquàm de Ariopagitis suprà egit, in eadem oratione statim subiungit: Alter autem iudiciorum locus ἐν παλλαδίῳ erat, ubi de cæde præter uoluntatem, uimq; repellendo illata, quærebatur. Illic enim quamuis manifesti criminis reum defuncti necessarij agerent, non tamen pœnæ arbitrium habere poterant, sed ab ipso senatu cognita causa aliò ille concedere iubebatur, quoad parentum animi desinerent in eum esse infensi. Solebant uerò pœnam æstimare apud antiquos læsi aut interempti affines, præterea in ius præsentibus rapere testibus quemlibet aduersarium. qua de re pauca quædam addere uisum est. Demosthenes in Mediã. πῶς οὖν ἔσται τοῦτο, ἐὰν πολλὰς ὁδοὺς δῶ διὰ τῶν νόμων, καὶ τὰ λοιπὰ. Quomodo, inquit, habebit istud, si plures modos lege permissos dedero, quibus aduersus iniuriam inferentes utamur? uerbi gratia, furti uin' aliquem accusare? uales uiribus? factum tibi certò constat? Rape in ius ad undecimuiros. est uerò mille drachmarum periculũ in multa, si factum nõ probes. Es tu debilior, ut qui in ius non poßis facilè rapere? Agito illum furti apud nouem ἄρχοντας. Quòd si apud illos deferre times, accusa apud sex thesmothetas. De tua fortuna cõque reris, quodq; sis pauper, non potes esse mille drachmis soluẽdis, si nõ probas? Furti apud arbitrũ accu

sare

ſare potes, nil tibi erit inde periculi. Sexcenta ſunt huiuſmodi adminicula ad ius cõſequendũ. Satis ex uerbis Demoſthenis *apparet quod dicebam, cuique in ius ſine uiatore aut apparitore (quos ſeruientes uulgò in Gallia uocant) aduerſarium rapiendi potestatem fuiſſe. Quod uerò idem exemplum Romam ſit translatũ, quum ex multis alijs locis, tum maximè ex titulo Digeſtorũ, Si quis illum qui in ius uocatus eſt, ui eximat, ſatis patet: & Lyricus ſatyra nona libri primi aperit:*

Caſu uenit obuius illi
Aduerſarius: &, Quò tu turpißime? magna
Exclamat uoce. &, licet atteſtari? ego uerò
Oppono auriculam, rapit in ius, &c.

Quo ex loco notandum uenit præterea, ſi quis uellet atteſtari rogatus, eum, ut meminiſſet, ab actore defricari memoriæ gratia circa auriculam ſolitum: quod & noſtra ætate uideo ſeruari eadem ratione, prouerbijq; loco eſſe apud multos, Poſt auriculas te ea de re defricabo, ſcalpám ue. quod à uetuſtiſſima Romanorum conſuetudine ad nos tranſtiſſe certũ eſt. Verùm redeo ad ſubſellia. Παλλάδιον *ait* Pollux, *euerſa Troia à Græcis Athenas fuiſſe delatũ: habitatores uerò Phaleri, qui portus iuxta Piræũ Athenis cõiunctus eſt, illos eſſe hoſtes arbitrati, in mare præcipites dedere. Acamas etiam dixit Græcos fuiſſe homines, qui Palladis ſimulacrũ attulerint*

tulerint: occisos itaq; oraculum uocauit ἀγνῶτας, quòd quum essent amici conterraneiq;, ut ignoti periere: quo in loco ob rei memoriam Palladium sacrum & tribunal constructum est, ubi de cæde inuoluntaria ius diceretur, quoniam illos Phalerei nõ nocendi, sed opitulandi patriæ desiderio imprudenter ueluti hostes occidissent. Subdit Demosthenes: Tertium porrò tribunal fuit ἐν Δελφινίῳ, ubi ius illis dici solebat, qui cædem quidem commisisse se non negarent, iure uerò eam fecisse cõtenderent. Esse enim aliquam iustè illatam cædem non negabit quicunque deos ipsos, qui æquissimi putantur, illic Orestem qui matrem tamẽ sed iustè occiderat, post dictam causam nouerit absoluisse. Ab Ægeo id constructum narrat Pollux, unde Apollo Delphinius, Bellona Delphinia dicta est: primumq; ibi iudicium recepisse Thesea, quum prædonum spolia dicaret deo, non quidem negando Pallantidiorum cædem se commisisse, sed sanctè id fecisse contendendo, ne illi aut ei aut reip. nocere pergerent. Quartum (ait Demosthenes) erat ἐν Φρεατταῖς, ubi solebant huiusmodi causæ tractari: si quis in uia transiens, ab obice illato, lapide scilicet, ferro, ruina, aut alia quauis re inanimata, aut etiam ab igneto percussore fuisset læsus, coniecturis argumentabatur, si qua arte possent in illius qui damnum dedisset, aut dati causa fuisset, cognitionem uenire:

qui

qui inde probationibus uictus condemnabatur pro rei ratione. In illius tribunalis iudicijs, quibus rex de quo egi, præerat, aſsidebant φιλοβασιλεῖς, regis aſsessores amatores ue, qui rem poſt perquiſitas coniecturas, ſi non conſtaret de authore, corrumpi, et in flumen marê ue proijci in pœnæ ſignum curarent. Πέμπτον βῆμα τὸ ἐν φρέατι, quintum tribunal in loco quem φρέαρ, id eſt puteum uocabant: alioqui τὸ ἐν φρεαῖ dici ſolebat: ubi ſi quis poſt cædem contra uoluntatem admiſſam, aliam uoluntariam commiſiſſet, cogebatur dare facti rationē, idq; ex naui (ueluti ſolo proſcriptus) quæ nec anchora nec rudentibus ocularibus retineretur. Ibi primum ἐφέτας ius diximſſe fama eſt. Perſequerer ex Demoſthene τὴν ἡλιαίαν, niſi iam ſæpius eſſet à me ſcriptus ille conſeſſus. ἐν λύκῳ in Lyco conueniebant arbitri, et illi iudices qui cauſis terminandis adiungerentur. Μέτοιχον addit Pollux, nomine tantum, uerùm quid illic tractaretur, non docet, nec apud alium legi. Nolo hîc immorari in iudiciorum uerbis aut formis explicandis, quæ mulcta huc congeſſeram, ne operi ad res ipſas declarandas nato, uidear & grāmatica inſerere: quod forſan olim alibi fiet commodius: ſed tamen abſoluere curiarum & iudiciorum uocabula, ut ſunt mihi promiſcuè obſeruata, nunc commodius iudico. Ἡλιαστὴς καὶ κριτὴς, idem ſignificant, iudicem ordinarium, ut aiunt. ἐκκρίτης καὶ ἀπόλικτος,

λεκτος, à Cicerone lectus iudex dici solet. Γερουσία, omnium senatuum & iudiciorum generale nomen est, à senili ætate (qua par est, aut certè moribus, esse iudices) dictum: peculiari tamen uocabulo ita uocari quinquaginta ἐφόρων cõsilium apud Lacones, scriptum reliquit Aristoteles. Hoc enim ἐφόρου nomen quamuis generale est præfecturæ cuiusuis nomen, tamen & magistratum eum significat, ut & ista, ἀθιστάτης, προστάτης, ἐπίτροπος, ἄρχων, ταμίας, ἐπίσκοπος. Omnia enim præterquàm quòd sunt dignitatum uocabula, cõmunia etiam sunt. Nomine γερουσίας præterea decem κόσμους apud Cretenses etiam notauit Aristoteles. Illam uocem ex Græco in Cicerone Senatum uertit Gaza. Ηγεμονίαν etiam τοῦ δικαστηρίου, uocari ex oratione Æschinis in Ctesiphontem potest notari iudicium quodlibet, quoties in eo iudices ius dicerent. Consessum præterea iudicum συνεδρίαν, ipsosq; iudices συνέδρους, quòd communi sede uterentur, reperio dici, id est assessores: qua uoce & Hebræi ut LXX sapientum cõsessum exprimerent, sunt usi סנדרין synedrin uocando.

DE ASSESSORIBVS, QVOS GRÆCI παρέδρους uocant. Cap. XXXI.

IVdicijs solennioribus sex παρέδροι, à singulis trium ἀρχόντων bini delecti, solebant adesse: quos ex Aristotelis Atheniensium politia recitat Sudas

tantum

tantum fuisse quatuor: de quo numero non contendo, quum ad rem parum faciat. Hos oportebat esse uitæ inculpatißimæ, de qua antequã iudicibus possent adsidere, apud quingentos uiros prytanes primùm, secundò inter Ariopagitas, quouis uolente per præconem (ut iam à me est notatum) ad accusandum admisso, rationem reddidisse oportebat. Causa tam seueræ perquisitionis erat, quòd res periculi plenas, & in quibus maxima fide opus est, tractarent, nempe iudicum sententias, quas unum uerbum omissum, mutatum, aliò translatum, aut à scriba celerrimè excipiente additum, poterat euertere, inq; contrarium trahere aut saltem partim à iudicis mente multum abducere. Erant itaq; ueluti scribæ obseruatores, dispunctoresq; eorũ quæ transcripsisset dictante iudice. Non possum hîc non admirari patientiam nostram, qui alamus quotidie in curijs sexcentos nebulones sescuncialibus literis, libellos ita augentes lucri gratia, ut ~~quod decem aut~~ duodecim uersus uix impleat, in integrum quaternionẽ transeat et extendatur: tamen quum uideam leges contra illos latas à nemine magistratum habente curari ut obseruentur, uereor ut stipendium quod alioqui consularium uirorum aduocatorum & procuratorũ seruis daretur, inde sarciri facilè omnes uelint patianturq;. itaq; aliò progredior.

DE

DE APPARITORIBVS ET ILlis quos Græci εἰσαγωγεῖς dicunt.

Cap. XXXII.

NIsi maior dignitas & magistratuum numerus me ordinem institutum seruare coegisset, & quòd non litium ordine, sed locorũ & obseruationis ratione scribere ab initio uisum est, erant hi magistratus, aut munera potius in ipso operis exordio adscribenda, ut quorum alterum in ius uocante aduersario uenire recusantem compelleret, εἰσαγωγοὺς uerò singulis mensibus libellos & numina litigantium in diario adscripta senatui offerret, nomenq; ederet. qua im re mihi uidetur non esse absimile munus illorum quos ostiarios & audientiarios uulgò dicimus. Primi officij homines, seruientes uulgò dictos, plures quàm par sit habemus, tamen sine illorum significatione in Gallia neminem in ius uocare licet, nisi citatione sacris initiatus. unde κλητεύειν Græci in ius uocare dicunt, ducta ἀπὸ τῶν κλητήρων id est ab apparitoribus uoce, ut item hi ἀπὸ τοῦ καλεῖν, à uocando scilicet dicti sunt. Verbum κλητεύειν præterea significat, testes aduersum me audio: quod Aristophanes in Nebulis significat,

τῶν ἐμαυτοῦ γ' ἕνεκα νυνὶ χρημάτων
ἕλκω σε κλητεύσοντα.

Mearum certè pecuniarum gratia traham te in ius, testes aduersum te auditurum.

περὶ κληρόχων, QVOS COLONIIS DEducendis præfectos dicere possumus.

Cap. XXXIII.

RAtio (ut sum proximè præfatus) dignitatis magistratuum, aut si illa deesset, maior numerus, me coegit eum seruare ordinem, qui in Operis discursu uisus est: uerum promiscuè, ut plura dicere sum eam ob rem coactus, ita nunc ad finem usq;, ut se offerent, sum singula prosequuturus. Solebant itaq; κληρῦχοι colonos in urbes aut priscæ Atheniensium possessionis, aut nuper conquisitas, non satis habitatas, inscribere destinareq; delectos, atq; agrum regionũ & iuris ipsarum urbium diuidere, ueluti pro sorte cuiusq;. unde uox κληρόχων, id est sortes habentium ducta est. qui mos ut latius pateat, Libanij sophistæ sententiã ex argumento orationis Demosthenis περὶ τῆς χερρονήσου, adducere ui sum est. Erat, inquit, ea peninsula quæ Thraciæ adhæret, Atheniensiũ antiqua possessio, in quam Philippi regis tempore ad continendam possessionem suos κληρόχους miserant. Mos enim ipsis erat, ut qui domi facultatibus essent destituti (quod per Ariopagitarum diligentiam à Valerio scriptam atq; superius adductam statim resciri poterat) accepto illi cum armis uiatico à repub. in exteras aut nudas cultoribusq; uacantes, aut recens conquisitas urbes mitterentur. Hæc ille. Quibus ipsis exemplis

docemur quonam hodie sit utendum remedio, ut tantæ populi multitudini aut per uim calumniám ue, aut per agnatorum multitudinem, aut quodam proprio progenitorum ue scelere facultatibus omnibus destitutæ, egregiè prospiciatur. Eam enim frequentiam populi, etiam illorum quorum maiores uirtutis ergô erant laudem nobilitatis consequuti, uidemus eousq; creuisse, ut una hæreditas (si Caletensium Aquitanorumq; morem, quorum primigenij male fratribus consulunt, excipias) iam ad unciolas redacta, uix possit singulis fratribus uel hæredis nomen relinquere, & ante paucos annos, nisi ingens uetuerit clades, sit nudos relictura nepotes, atq; in desperationem adductura. Præterea rerum omnium uenalium conductitiarumq; precia in immensum aucta, extremaq; omnia quæ æquitatis lancem superauere, nos admonent multitudinis & contentionis ergô in deteriorẽ partem abire omnia. Quapropter quum æmulationis & contentionis uitium nunquam possit, & nescio si debeat, è medio hominum tolli, non imprudenter principes, et penes quos est legum authoritas, meo iudicio fecerint, si dato ad iter & aliquot inde annos stipendio & uiatico, totam rebus destitutam & pergere uolentem multitudinem in terras nouas cultoribus destitutas mittant. Inde enim diuiso inter illos agro nouo aut ex æquo, aut pro dignitate,

tæ, fiscus facilè ad principem ex uectigalib. redibit, miseris uerò amplissimè prospicietur, malis et proscriptis hominibus, quibus ex rerum defectu peccandi consuetudo est in habitum uersa, purgabitur culta regio, nec erit ubi, etiam si maximè uelint, furandi in tenues exerceant cõsuetudinem. Hac arte olim Athenienses, Lacedæmonios, Græcos, Romanos, Gallos usos legimus. De his aliquando locum mihi dicendi apud principem cupiebam uehementius, antequàm tua prudẽtia Poiete, apud eundem impetratum intellexi, quod summopere suadere conabar. O felicem Franciscum Regem tali Cancellario, O feliciorem Cancellarium tali rege: uerùm utrum, præter dignitatem, magis beatum existimẽ, ægrè sanè iudico. Ille literatos literasq; excitat præmijs, beneuolentia: hic illos perquirit, euehit ad præmium. Ille iustissimè imperando, omnium demeretur animos: is æquitatem summam obseruando, nulli non satisfecit. Tutatur omnes Frãciscus, per eum Poietus omnibus prospectum curat. Ille uirtutis & literarum omniũ absolutam quandam possessionem haberi curauit, is etiam ipsi possessioni suum adsignari locum summopere contendit. Et ut semel finiam, Augustum ille, is ab inferis Mœcenatem reuocauit. Verùm quum hac eloquendi tenuitate utriusq; laudes imminuam potius quàm augeam, ad cætera progredior.

DE ÆRARII CVSTODIBVS, quos ταμίας Græci dicunt. Cap. XXXIIII.

DEcem numero erant ærarij publici dispensatores, qui præsentibus senatoribus uiris ex ipso ærario in Palladio, de quo egi, adseruari solito, quantum ipsæ publici usus necessitates exigerent, desumere solebãt, præcipueq; in rem nauticam sartam tectamq; conseruãdam, ex qua frequenter non tantũ Athenarum, sed totius Græciæ salus pendere uisa. Duas uerò potissimum naues insigni magnitudine nomine publico curabant, quarum una παράλιος, altera ἄμμων dicebatur: quamuis non desunt authores, qui cũ παραλίῳ σαλαμινίαν iungãt. Præter ærarij dispensationẽ, Palladis auream imaginem, uictoriarum monumenta à ducibus data, reliquorumq; sacrorum ornatum in publicis supplicationibus obuiam senatui euntes deferebant: quod factitari solitum lego ab his quos Græci κωλακάρτας, ἐφόρους, φύλακας, ταμιᾶχος, διοικητὰς uocant. Adserit uerò Harpocration esse eiusdẽ dignitatis uocabula inde dicta, quòd conderent, seruarent, promerent, dispensarent. Interpres orationis Demosthenis κατὰ τιμοκράτους, ait locum fuisse in postica arcis parte, quam ἀκρόπολιν nominant, hincq; dictum ἐπιεδίλομον, & ταμεῖον, quòd omnes omnium sanorum pecuniæ eò congererentur: ubi ait contigisse aliquando ut à fœneratoribus auersæ per Ta-

mias pecuniæ desyderarentur, factumq; inde ut qui tunc ταμίαι essent, ærarium incēderent, ne illorum apparerent furta & negligentiæ. Demosthenes Philippica tertia, hos ταμίας δημοσίους, publicos ad seruatores, quos uulgus nostrū Thesaurarios parsimoniæ, aut simpliciter uocat. quòd uerò & pecunias suppeditent, prima Philippica ποριστὰς ταμίας dixit.

Περὶ ἑλληνοταμίων, QVOS LATINE GRÆciæ quæstores dicere poßis. Cap. XXXV.

TAμίαι me admonuere ἑλληνοταμίων, quorum munus erat eas pecunias excipere & administrare, quæ ex parte Græciæ Atheniensib. parente colligebantur, ut idem illi in sacris, quod isti in indictionalibus agerent, Pollux ait & insularum prouentum exigere & excipere solitos. Hanc uerò tradunt Græci authores nominis rationem. Post nauali pugna superatum Persarum regem ab Atheniensibus, illi in retinendo imperio diligentißimi, quia caput post calamitatem clademq; acceptam statim ante omnes Græcos erexißent, cæteris tributa imperauere, ad persoluendas belli naualis impensas, quo communis patriæ hostis esset profligatus, quia maior impensæ pars fuisset antè ab illis exposita: itaq; illos quæstores uocarunt ἑλληνοταμίας, id est Græciæ quæstores. Latius explicat originē uocis huius Herodotus in Vrania, adfertq; de Themi

stocle historiam: ad quem lectorem remitto, ne sim tædiosior.

DE HELLANODICIS. Cap. XXXVI.

QVod eadem in sacris totius regionis Athenien sibus subiectæ isti curarent, ac præcedentes proximè in ærario conseruando, uolui illos subiun ctos. Pecunias ergo rerum sacrarum nomine debi tas exigebant, ipsisq; choragis de quibus egi, in impendium sacrorum dabant, quod ipsum à ciui bus Athenarumq; habitatoribus τριτῆραρχοι, qui & πράτορες, exigentes, in urbanis sacris & ludis facere consueuerant. Sed de his & conuentu ἀμφικτυόνων amplius iam dixi. Lubet uerò nunc quæ desyderamus subnectere.

DE GYNÆCONOMIS, QVI MATRONARUM cultui, ne modum excederet, præerant. XXXVII.

ΓΥναικόνομοι, aut γυναικόσμοι, de matronarum primùm, postea de omnium mulierum ornatu statuebant, ne ulla ipsarum quicquam se indignum ferret, utq; singulæ pro ratione census & facultatum induerentur, indicta multa ei quæ secus fecisset, qua statim plecti solebat quæ edicto aut legibus de eare latis non paruisset. Erat etiam de incessu lex à Philippide quodam lata, ut quæ inhonestè incederet, statim mille drachmis multaretur. Hos fuisse ui-

se uiginti numero scribit Pollux. Veneti quum proxime actis annis uiderent eum in mundo muliebri sumptum intolerabilem, indeq; rei familiaris in immensum dispendium crescere, sanxere ne ulla patricij sanguinis mulier aut puella in publicum ueste serica induta prodiret, nisi nuptiarum die & quibus nuptijs conuiuijs ue solennibus adesse moris est: quũ alioqui multæ etiã humili loco natæ cum reginis pompa certare possent. Statuêre præterea, ne aureum gemmis ue ornatum torquem monilé ue aut cingulum unà ferret, gemmás ue in annulis gestaret. alterum enim horum tantum eligere necesse est, alijs carere. Creati ad hanc rem magistratus, eas cogunt multãdo legis obseruare præscriptum. Non dico quàm ista lex sit nobis necessaria, quũ illis qui prædia tam sua quàm aliena, domos, dignitates, & quicquid undiq; per fas aut nefas corrade re possunt, in humeros & ornamentum uxorum & adolescentularum exponere uano more coguntur, sit satis persuasum. Vnum id adseuerare constanter non dubito, frustra leges condi & instaurari, nisi funditus euulsa peccandi origine: quæ quanta in his præcipuè sit, qui in foro sunt atque uersantur tantum non ad oßa medullasq; exesi miseri litigatores docent: uiri boni qui hæc ex usu perferre coguntur, deflent. nec enim uidere possunt quid tantopere prosit uxori gratißimæ marito il-

le ornatus, nisi ut amatoribus placeat magis. pudicis enim & probis nil præter molestias adferre potest. Athenæus sexto Dipnosophistarum libro γυναικονόμων officium latius patuisse scribit, ubi de parasito ait: Narrabat χαιρεφῶν aliquando parasitum non uocatum uenisse ad conuiuium, quumq; recumberet in ultimo mensæ loco, ipsis gynæconomis (quos symposiarchas alio uerbo Græco Latinis magis usitato dicere hic possum) numerantibus, ut moris erat, conuiuas inuitatos, illum parasitum, ut qui numerum excederet tricenarium præfinitum, discedere iubentibus, Numerate (inquit) secundò, à me incipientes. Quòd uerò mos esset gynæconomos conuiuia inspicere, inuocatorumq; numerum disquirere, si legis seruaretur præscripto, Timocles in φιλοδικάστῃ ita scriptum reliquit: Reserate, ait, portas, ut in luce simus conspicui magis: ut pertransiens si uolet gynæconomus, numerum capiat conuiuarum, secundũ scilicet legẽ nouam: quod fieri est solitum. Statimq; subdit: Philochorus in septimo Attidos ait, Gynæconomi cum Ariopagitis congressus hominum in singulis domibus obseruabant, atq; in nuptijs & sacrificijs: quoniam illic solebant dapibus affatim uti, atq; adeò tantum non obrui. Hæc Athenæus. Non conuenit in conuiuarum numero cum Platone. Is enim in nuptijs ultra decem conuiuas esse non uult, quinq; ui

ros scilicet, & totidē fœminas. Verùm ille rem gestam, hic imaginariam, qualis est tota illius respub. quapropter & magistratus illos quos in Politia exponit, nolui attingere, ne quis ignorantia aut negligentia id à me factum credat.

περὶ οἰνόπλων, QVOS BIBENDI ARBITROS dicere possumus. Cap. XXXVIII.

QVos cæteri authores οἰνόπλας dixere, id est uinī obseruatores, illos Plato in efficta suæ reipub. libris μνάμονας uocauit, quòd legis credo admonerent. nam sicut gynæconomi, ut paulò antè scripsi, modum in mundo muliebri, conuiuarum numero, epularum modo, obseruare cogebant: ita hi itidem in uini usu præscribebant, ut si quis bibendi modū esset supergressus, multa præsente cogeretur parcius aliàs uino uti. Quis uerò antiquis esset poculorum numerus, non refert, quum naturæ non numeri sit habenda ratio. Morem in ea re apud uarios gentes obseruari solitum, si quis scire desiderat, decimum atq; undecimum δειπνοσοφιστῶν Athenæi libros legat, in quibus ferè nil aliud tractatur. Magistratus, inquit ille libro X. οἰνόπλαι erāt apud Atheniēses teste Eupoli poeta ἐν πόλεσιν: quos nunquā adhuc uidimus inter milites adscribi, ne ipsos οἰνόπλας quidem, O ciuitas ciuitas, quàm tu es delicatior, quàm melior ac prudentior? Hæc ad uerbum Athenæus. Ex illa Eupolis sententia apparet,

antiquitatem, militem usq; adeò sobrium deligere solitam, atq; uini usu carentem, ut ne ipsos quidem uini obseruatores uoluerit eum augere numerum. Quantum uerò iuuet uini usu in exercitu carere, satis reipsa ostendit Turca, qui magna quidem illa multitudine, sobria tamen, uiniq; usu pœna capitis in exercitu destituta, Græcos tam egregios potores, ut prouerbium pergræcãdi hinc sit natum, Macedonas, Thraces, Dacos, Mysios, Pannones, Iuhros seu Hungaros, Dalmatas, Gepidas, atque adeò ipsos Germanos etiam uino armorũ peritiam iungentes, nostrosq; Gallos docet rem bellicam infelicius inter pocula fœminasq; tractari atq; delicias, quàm in tenui mediocritate uitaq; abstemia. Nostri Thrasones inter pocula, Venerem, rusticos, singuli decem illius uiros unico congressu, ne dicam nictu, conficiunt uerbis, et interim ille seriò req; ipsa de nobis, aris, focis, liberis, coniugibusq; triũphat. Sed ad Athenæum redeo. Hi uerò ἐνόπτα, ait, obseruabant quæ in conuiuijs solerent fieri: si æqualiter biberent conuiuæ. Erat uerò uulgaris magistratus & tenuis, ut ait Philinus rhetor in Crocanidarum disciplina, triumq; uirorum numero, qui inde ὄφθαλμοι sunt uocati, oculi, quòd non rarò quos oculos mentis ipsi conuiuæ uino uicti perderent, hi restituerent monitionibus. Symposiarchæ ab his mihi tantum nomine differre uidentur

tur. Huic οἰνοφλύγων, uini helluonum pesti, sanctione prospexerat ante duodecim annos Carolus imperator quintus, statueratq; in temulẽtos pœnam: uerùm ex eius lege euenit quod ex diuina ait Paulus, ut per legem, quæ semper est peccati filia, peccati fieret augmentum (natura in uetitum nitimur, cupimusq; negata) atq; à quo esset genita, idem redderet genitum. Nisi enim sint acerrimi legum latarum uindices, illæ ad ostensionem peccatiq; reuelationem uidentur latæ, non ad coercitionem. Leges enim si semel hominum mentibus uel opinione sola sint imbibitæ, plus poterunt quàm ipsißima ueritas. Suasit lex Chaldæorum cõtemnere mortem: homines in toto ferè orbe sacrificare: quod & hodie apud Barbaros nuper nostro orbi reuelatos uiget. loco ipsorum animalia diuis occisa sacrificare. atq; adeò plus ualuit falsus cultus, falsa persuasio, Pharisæorum & scribarum leges etiam diuinæ refragantes sub aduentum Christi & suorum, quàm ipsa ab ipsißima ueritate enunciata ueritas. Quare si lex aliqua est ferenda, est & alenda, consuetudineq; aut ui in usum trahẽda: alioqui frustra fertur. Flandri itaq;, & quotquot sunt illi Germani, uidentur non tantum neglexisse, sed legis Caroli uim auxisse. Veneti uerò quia adolescentes patricios uidebant rem familiarem cui essent successuri, absumere, mercaturam (cui tota Italiæ nobilitas

stude-

studere meritò mauult, quàm aliena diripiendo, ua
num sæpius nudumq; nobilitatis nomen more Galli
co prætexere) neglectam relinquere, & præterea
rei familiaris dispendium decoctionibus, in spem et
rei familiaris, & amplissimæ dotis, ingens facere,
indeq; scelera ex consortio nebulonum (qui facilli
mè in liberrimam totiusq; orbis fœlicissimè sitam
ciuitatem irrepunt) contrahere, non infrequemer
inde ad laqueum trahi: sanxere unà & dotis & e-
pularum in conuiuijs priuatis modum, ne priuatis
epulis pœna multæ ultra unum aut alterũ capum
non impetrata uenia apponerent cum bubula &
ueruecina: né ue quantumuis diues patricius ultra
sex millia ducatorum aureorum dotis nomine fi-
liæ ausit dare: quũ antea à tenuioribus ad sexagin
ta, quadraginta, quinquagintaq; milia darentur.
Ad hæc ne ullus patricius ausit filio ante ætatem
iustã dare, qua in leges peccare sumptu liceat: un-
de factum est, quum sint exacti apud illos nomophy
laces, ut luxus coerceretur, res, si non fieret am-
plior, nullum acciperet detrimentum. Prudens hîc
silentio sepultam uolo quam gloriam multæ natio
nes ex uini ingluuie ambiunt, quum uideam laudi
dari, quòd homo cum homine & ipsius equo cer-
tando certamen ineat bibendi, uincatq;, atq; una
die horaq; absumat quod denis iustè faciat satis. Vi
deo enim hæc monstra frequenter esse in delicijs,
tantum

tantum abest ut pœna sit flagitijs illis constituta.

DE FORI CVRATORIBVS quos ἀδιμελήτας τοῦ ἐμπορίου dicunt.

Cap. XXXIX.

FOri curatores decē Athenis fuere, qui pro tempestatis annonæq; ratione de rerum precio statuebant, ut non uendentium arbitrio, sed iusto tantum precio distraherentur: ad hæc ne uitiosas loco legitimarum merces exponerent: præterea ne quis ciuium plus frumenti uiniq; quæstus causa apud se reponeret, quàm rerum illius usus exposcere uideretur (usqueadeo priuatus illis census erat breuis, commune magnum) quæ uerò in urbem quotidie supra usum inferrentur, in horrea publica nomine publico reponi curabant, unde iusto precio etiam iniquißima temporum ratione egentibus ciuibus depromerent. Nos interim non pudet, Christum, ipsiusq; dogmata, uerbisq; amplißimis pietatem, charitatem, quæ mater & fons est omnium rerum bene gestarum, profitentes, nullis horreis publicis pauperibus, quos ex suo cœlo frequenter eiecimus, prospicere: uerbis ipsum profiteri euangelium, negligentia autem uirtutem eius abnegare. Quomodo prospiciāt suis Veneti, dixi suprà. Quamuis omnino destitutis (à foro enim in quo nil possunt, digredior) cœptum sit in non paucis Galliæ ciuitatibus prospici, tamen in dies emergenti pauperum

turbæ

turbæ in singulis facilè prospici posset, si, quæ inutiliter multi hominum ditissimorum conuentus absumunt, in eam rem conferrentur. si quæ multi monachi occupauere, redderentur, si ex ære publico quæstus re frumentaria & uinaria fieret, proculdubio satis esset unde languenti et semimortuæ pauperum uitæ pararetur, quod supplementum laborum ipsorum absolueret. nec enim censerem omnibus dandum, sed ualidos occupandos in publicis priuatis ue operibus, sumptum ubi facerent suum. morbo uerò laborantes, atq; aliqua præcipua adq; opus utili parte affectos, è publico ærario alendos iudicarem. Munera piorum, donationes ex testamentis, multæ, & uaria alia possent in usum illum comparari. uerùm ista ex affectu cogor dicere.

DE EPISCOPIS. Cap. XL.

EPiscopi erant ad quos delectus prouinciarumq; negocia, ut Ciceronis uerbis utar, referebãtur. In singulis enim prouincijs hi uelut rerum arbitri constituti perquirebant de his quæ ad iurisdictionẽ, publicas iniurias, litesq; spectabant, si quis illos addire uellet: ac sententiam ferebant, cui non secus ac si à principe magistratu lata fuisset, parebatur. Vocabantur uerò etiã ἁρμοσταὶ aptatores, & φύλακες id est custodes, atq; ἔφοροι profecti. ἐφορᾶν enim & ἐπισκοπᾶν est speculari, disponere. Nomine ephori usus est Cicero Quæst. Tusc. 1. Quum Lacedæ-

cedæmonius quidã, ait, cuius ne nomen quidẽ proditum est, mortẽ tantopere contempserit, ut quum ad eam duceretur damnatus ab ephoris, & esset uultu hilari atq; læto, dixißetq; ei quidam inimicus, contemnis ne leges &c. Voce autem episcopi, in Pandectis usus est Iuriscõs. tit. de mun. & hono. l. munerum. Episcopi, inquit, qui præsunt pani & & cæteris uenalibus rebus, &c. Cicero etiã epist. ad Attic. 7. Ego, ait, præsum negocio non turbulento: uult enim me Pompeius esse, quem tota Campania & maritima ora habeat episcopum, ad quem delectus & negocij summa referatur. A diligenti rerum speculatione nostris Christianis episcopis nomen est inditum, qui ipsi ut sint præclaro nomine donati, uideo: ut rem ipsam uerbis conferant, certè in paucis patet. Sed quis custodiet ipsos custodes? Hos puerilis ætas, hos infantia, hos ambitio, illos cupiditas, quosdã fastus aulicus, non paucos ueri odium, consuetudinis uitiosæ obseruatio prohibet uerum audire. Improbos nomineq; indignos perstrictos uolo. Quæ itaq; iusto & acerbißimo dolore motus, in eos scripserã, quum præclarißimos uiros uideam iam totos mille annos illos commonefaciendo aerem uerberasse, uisum est omittere, atq; perituræ parcere chartæ. Si Esaiam, Ieremiam, Ezechielem, doctoresq; omnes non audiunt, quid aliud quàm crabrones scribendo iritare possum, quum arguere melius non poßim?

Habes

PERORATIO.

HAbes æquißime Cancellarie, meas de Magistratibus Atheniensiũ obseruationes: quas si abs te probari sensero, me præterquàm quòd magnũ preciũ operæ fecisse uidebor, magnamq; consequutus fœlicitatẽ, ad maiora incitabis. Fiet enim tui iudicij censura, ue ullus poßit tam facilè carpere ac calumniari quod semel probaueris. Si uerò quisquam rem ipsam ut minus absolutã culpare uolet, erit laborum & sudoris mei admodũ iniquus æstimator. Verùm sat erit si nostra carpendo, norit nil esse ab omni parte beatum. Sed hactenus.

FINIS.

RERVM ET VERBORVM IN MAgistratus Atheniensium G. Postelli memorabilium Index.

, Absolutionis nota 36
Acamanthis tribus 12
Accursij error 46.96
in Accursianos græcæ linguæ contemptores 81
ἀκρόπολις 151
Actæa tribus. actæus 11
actus quadratus 7
Adamitæ 106
adseruatores publici 152
Æantis tribus 12
æditimi, æditui 95
Ægeis tribus 12
ærarij custodes 151
ἀιρομαντία 92
Æschinis locus 70.71. 102.103.104
Æschyles nomotheta 24
ἀγόρειν 99
ἀγωνῶτις 143
ἀγωνάρχαι 113
agonis uox etiam Latinis usurpata 111. 112
ἀγωνοθέται 111.112. uox etiã Latinis usurpata 113
ἀγωνοθετεῖν, & τιθέναι τὰ πυθία idem 111
ἀγορεύειν 99
Agraulos locus 84
ἀγυρταὶ 62
Alcmæonis tẽpora 11
Alexandro qua ratione occupatæ Pylæ 101 102
Albigenses 106
ἀλλοπρόσαλλος Mars 131
ambitionis uis 13
ambitus ratio in deligendis magistratibus apud Venetos cuius-

modi 42
ἄμμων nauis 151
Amphictyon 100
Amphictyones qui, & unde dicti 100
Amphictyonum sacra Pythio Apollini fieri solita 112
Anabaptistæ 106
ἀνακηρύττειν 97
ἀνδραποδισταί 50
annonæ custodes 79. uel præfecti duumuiri eod.
annus lunaris & solaris 31
ἀνθεστηριὼν mensis 123
ἀντιχόρηγοι 111
Antigonias tribus 12
antigrapharius 63
ἀντιγραφεῖς 70.71
antiliturgi 111
Antiochis tribus 12
ἀποδεκται quæstores 62
ἀποδεκτῆρες 63
ἀπόλεκτος 144
Apollo delphinius 143
Apollinis citharœdi cultus 103
Apollinis cognomina 121.125
Apollinis θαργηλία 122
ἀποστασίου crimen 133
ἀποσχοινίζειν 89
apotropæus Apollo 121
ἀποτροπαῖοι dij 94
apparitor 142
apparitores 147
Aprilis, Thargelion 122
aptatores 161
arbitri compromissarij 38
arbitri quadraginta-quatuor Athenis 37
arbitrorum genera. 37. 38
ἀρχὴ ἐπώνυμος 128
ἀρχιαιρεσίαι 127
ἄρχων 35.145. propriè ὁ ἐπώνυμος 127
ἄρχοντες 76.126

ἀρέας ἀθηνᾶς βῶμος 140
ἄρειος πάγος 140
ariopagita subticentior. prouerb. 20
ariopagitæ à Solone instituti 15.22
ariopagitarum iudicium minus frequẽs cur 19
ariopagitarum senatus 14
ariopagitarum magistratus perennis, & ἀδιάδοχος 16
ariopagitarum seueritas. 17. fides & integritas. 18. taciturnitatis ratio 20
ariopagitis cuiusmodi iudicandi mos 16.17
ariopagitici iudicij forma qualis. 18. dignitas 138.139
Aristophanis interpres notatus 76
Aristophanis locus. 33. 46.72.87.147
Aristoteles ad cicutam propter religionẽ adactus 116
Aristotelis de Atheniensibus politia librorum iactura 55
Aristotelis locus 17. 63
Arpacemin apud Turcas 80
artifices 1
aruspices 92
aruspicum ante Christum cognitum frequens usus. 91. inde.
asprum Turcicæ monetæ genus 19
assessores 145.146
ἄστυ 120
Athenarum situs 11. 140
Athenis quantum nocuerit Munychia arx 122
Atheniensis populi factiones 2.3

diuisio 130
Athenienses ab ἀθλῶν Minerua, dicti 10
Athenienses, αὐτόχθονες dicti 1
Athenien es trib. nominibus distincti 1
Atheniensium duodecim dij Herodoto qui 12. eorundem ara Pisis eod.
ἀθλωσία sacra 129
ἀθλωσιάς tribus 11
Athenæi locus 155.156
Atthis tribus 11
athlothetæ. 107.109. 128
athletarum χορηγοὶ 110
athletarum exẽpla hodie cuiusmodi 129
Atmeidane quid Turcis 110
attestandi ritus 142
audientiarij 147
augurum superstitio 92
auriculam opponendi ritus attestari uolenti bus 142
aurum ubiuis in scoriã uersum 109
auspices 92
αὐτόχθων tribus 11
αὐτόχθονες, Athenienses dicti 1
αὐτόχθονες 125

B

Bacchanaliorum scelera 117
bailliui 30
baluca 81
Baratemin apud Turcas, impẽsis præfectus 65
βασίλεια & ἀρχὴ 139
βασιλεὺς ἄρχων 126.128
Bassades Turcarum 29
bastagerij 81
Bellona Delphinia 143
bibendi arbitri 156
boedromia cur ab Atheniensibus instituta 123
βοηδρομιὼν mensis 123
βουθοί 111

Bohemicæ factiones 106
bos in lingua. prouerb. 122
βοῦς, bos nummi species 122
Braurone sacra fieri solita 93
G. Budæi laus 20.80

C

C, Condēnationis nota 36
διακώσι & lites 126
Cadhi Turcorum 18.19
Cadilescher qui apud Turcas 29
καδῆς 61
cædis actio è naui 144
cædis pœna quomodo æstimari apud antiquos solita 141
calculi suffragiorū apud Ro. 36
calendæ apud Græcos nullæ 20
cameræ, subsellia 137
Cancellarij Galliæ munus 29
καγκελλάτα 88
καπνομαντία 92
Cariatides 119
Catabaptistæ 106
κατακλυσία 61
κατοπτρομαντία 92
causidici sanguisugæ 68
causidicorum uersutia 17.18
Cecropes duo 11
Cecropis tribus 11
census populi Athenis à Solone institutus 7
Ceres Ægyptia columba nigra 100
Ceres ab Ægyptijs uendita 114
Cereris rusticæ cultus 103
κύκνος 97
Chaldæi disciplinarum autores 88
charitas uirtutū mater 160
χαρώνιον 51
χειροτονία 13

χωρῶν ἐπίτροποι 127
choragi, χορυγοι. 13.110. 111.128
χρεωκοπεῖσθαι 5
χρεωκοπὴ 6
χρεῶσαι 77
χρησμολόγοι 92
χρήστορες 92
Christus ἀγωνοθέτης noster 113
Christi patrimonij nostro seculo abusus 108
Ciceronis de Ariopagitico senatu sententia 22
Cicer. locus. 27.33.49.1. 115. 119.120. 127. 16. 162
circuitores 83
κυκλίδες 88
κλῆρος 13
κληρωτήριον 13
κληρῶχοι 148
κληρωτοὶ arbitri 38
λειτουργὸν 147
λειτοῦργος 147
coactores 62
coactores repetundarum 77
Codicis Iustiniani locus 111
Cælius Rhodiginus notatus 118
de cœlo seruare 92
cœnatio 46
κοινὸν γραμματέων 124
συλλαμβάνεται 151
collactanei 2.120.131
collectores taleæ 62
coloniarum etiam nostra ætate deducendarum cõsilium et usus 149.150
colonijs deducẽdis præfecti 148
Comanæ ciuitatis sex milia ἱεροδούλων 96
comitia 103. exequiarum. 101 subdialia ὑπαιθρῶν 60
commissarij 44
commißiones litium 28

com-

compromissarij arbitri 38
computorũ camera Parisiis 65
coniugiorũ sacra 124
confessus iudicum 145
concilijs sacris quales adhibendi 113.114
Cõstantinopoli esse theatri et hippodromi reliquias 110
contrarotulator 63
conuentus Galliæ præcipui qui 137
conuentuũ Græciæ origo & usus 98
conuentuum inter populos usus 101
conuiuarũ numerus in nuptijs quantus olim 155.156
conuiuiorum præfecti 156.157
κόρις 73
κόσμοι apud Cretenses 145
κοσμῶ 118
Cranais tribus. 11. Cranaus.
κριτὴς 144
κρόνι & mensis 122
curatores reipub. 70
Curia diua, apud Turcas quæ 29
curiarũ uocabula 144
custodes. 161. ἀντιγραφεῖς 70
κύαμοι, κυαμεύεσθαι 62
κυβερνῆται 77.

D

DÆmonis cultus in India 94
debitorum exactores 77
Decelicum bellum 115
decemuiri. 50. præsides 53
decumana castrorum porta 51
Delphinia Bellona. 143
delphinium 140 143
Delphinius Apollo. 143
demarchus idẽ qui & ἐπώνυμος 76

Δημάρχοι 71
Demetrias tribus 12
Δημόεργοι 1
Democratia 139
demogerontes 1
Δημοποίητοι 2
Demosthenes Pythagoras corruptus 104
Demosth. locus 14. 25. 37. 39. 48. 49. 51. 52. 55. 57. 58. 65. 66. 75. 88. 89. 93. 104. 111. 112. 135. 138. 141. 143. 152
Demosth. in Mediam oratio 128
deteriora semper uincere 22
deorum prima semper in iudicijs ratio habita 45
Diana ἰοχέαιρα 131. munychia 121
Dianæ sacra in Februario fieri solita 121
Διάκριοι 2
Diacris tribus 11
Διάδοχοι 30
diætarius fur 46. seruus ibid.
diætæ uaria significatio 44. 45
Διαιτηταὶ 37. 44
Διάς tribus 11
Διάστασις 45
Δικαστὴς 37
Δικαστικοὶ 77
dij appellari soliti reges 12
dij XII. Athenis qui 12
Διοικηταὶ 151
Διονύσια 126
Διοβωταὶ 77
directores 77
diuinationum spiritus apud gentiles 92
Draco legislator 2
Draconis legislatoris seueritas 22
Draconis leges humano sanguine scriptæ, prouerb. 22
Druidarum conuentus 101

δώδεκα θεῶν βῶμος 12
Dorius modus 110
δωροδοκήσειν 125
dotis modus apud Venetos præscriptus 159
duumuiri farinarij 79.
annonæ præfecti. eod.

E

Ἐκκλησία 102
ἐκκρίτης 144
ἐισαγωγεῖς 147
ἐισιτήρια 94
elæempori 80
ἐλαφηβολιὼν mensis 121
electores magistratuũ apud Venetos quomodo sorte fiant 41
electores, magistratuũ quos eligunt, fideiussores, apud Venetos 42
ἐλευθέριος Iupiter 121
Eleusis, Eleusinia sacra & pompa 93.115.128
ἡλιαστὴς 144
emendatores 77
ἐμπορίου ἐπιμεληταί 160
ἐγχυρίαζεσθαι 72
οἱ ἐννέα ἄρχοντες 125
Enyalij Martis sacra 131
ἔπαρχοι 50
ἔφηβοι 83
ex ephebis excedendi ætas quæ 83
ἐφέται 144
ephetæ LI. ante Solonis instituta 51
ἐφετῶν magistratus, siue oligarchia 2.7
ἐφετῶν seueritas 17
ἔφοδοι 83
ἐφορᾶν 161
ἔφοροι 151.161
ἐφόρων consilium & magistratus 145
ἐπιγραφεὺς 78
ἐπιμελῆται 111
Epimenidis de Munychia dictum 121
ἐπισκοπεῖν 161
ἐπίσκοπος 145
episcopi 161
episcopi, episcoti 83
episcopi Christianorũ

unde dicti.162. eorum corruptela eod.
ἐπίσκοποι τῆς χώρας 83
ἐπιστάτης 31.54.55.145
epistatæ duo Athenis 55
ἐπιταφικὰ certamina 132
ἐπίτροπος 145
ἐπίτροποι 126.127
eponymæ statuæ 128
ἐπώνυμος ἄρχων.126.127. καὶ ἡ ἀρχὴ.128. demarchus 76
eponymi munus cuiusmodi 127
ἐπώνυμοι.10. xij. Athenis 12
epularum modus in priuatis conuiuijs præscriptus apud Venetos 159
equestris certaminis usus in olympicis 110
equites, ἱππῆς 7
equitum magistri 133
ἱππαρχοί 62
Erechtheis tribus 12
Erichthonius 11
Eumenidum sacra 93
εὐμολπίδαι.114.unde dicti ibid.
Eumolpidarum nomine Athenas intelligi apud Ciceronē 115
Eumolpus Musæi F.115. primus Cereris sacerdos 114
εὐπατρίδαι 1
εὐθύνεσθαι, εὐθύνας διδόναι. εὔθυνα 77.78
εὔθυνοι 64.77
εὐθυνοτῦρις 77
ἐξηγηταί.19. ἐξηγεῖσθαι.
exequiarũ comitia 101

F

FAbarum abstinentia Pythagoræ quid 62
fabarum usus pro calculis 62
fabarum usus in eligendis magistratib. apud Græcos 44
factiones, rerump. pestis

ſtis 2
farinarij duumuiri 79
fori curatores 160
Franciſci Gall. Regis laus 150
frumentaria res quantæ curæ fuerit Romanis 80
frumentatores 79
frumenti cuſtodes 79
frumenti feraces regiones quanta cura Romanis obſeruatæ 80
in frumenti fœneratores 79
fundi populi 1.2.133. 137
funiculum rubrica tinctum fugere, prouerbium 87
furiæ, σεμναὶ θεαὶ 94
furum apud ueteres frequentia 46

G

GAmelion menſis 121
Galliæ cõſuetudines pro iure ciuili 25
Gallorum ueterum uirtutes 134
Gaſp. Contareni de repub. Venetorum liber 50.91
γαζοφυλάκιον 79
γεννηταὶ 120.130
γένος 130
γεωμαντία 92
γεωμόροι
γερεραὶ 117. γερεαὶ.
Germaniæ diſsidiũ ex religionis negotio. 106
Germanicæ genti rerũ græcarum exitus metuendus 105
γερουσία 145
gloria, uirtutis alæ 132
græcarũ literarũ contemptus & neglectus multorũ uirorũ cauſa Accurſianis 8
Græci potores 157
Græcorũ interitus Gemãicis quoq; populis metuendus 105 (98
Græciæ cõuentuũ ratio

Græciæ

Græciæ præcipua certamina quatuor 112
Græciæ quæstores 152
γραμματεὺς 50.70
γραμματικὸς 70.71
gymnica certamina quæ 109.110
γυναικόκοσμοι 153
gynæconomi 153.155

H

HAlirrhotij cædes in Ariopago dijudicata 140.13
αἵρεσις 13
ἁρμοταὶ 161
Harpocration quando uixerit 119
Harpocrationis locus 55.76.84.118.131
Hebræi disciplinarum autores 88
ἑκατόμβη, ἑκατῶμβαιὼν mēsis 122
hecatombe sacra cuius modi 122
ἑκτημέριοι 2 (145
ἡγεμονία τοῦ δικαστηρίου
Heliæa 52
ἡλιαῖα, ἡλίασις 60.61
ἡλιαία 140
ἡλιάζεσθαι 61
ἡλιαστῶν iusiurandum 58. eorundem comitia 60.61
hellanodicæ 153
ἑλληνοταμίαι 152
ὃι ἕνδεκα 50
ἡφαιστιαῖα sacra 129
ἡφαιστιάς tribus 11
ἕρκιος Iupiter 121.125
Herodoti etiā alia scripta, præter Musas 76
Herodoti locus 12.152
heroes ἐπώνυμοι 10
heroum statuæ Athenis 10
ἱεροκήρυκες 97
ἱεροδοῦλοι 95.96
ἱερομνάμονες 98.101
ἱερόνομοι 97
D. Hieronymi locus 112
ἱεροποιοὶ sacrificuli 93

ἱερο-

ἱεροποιὸν multis modis dici 93
ἱεροφάνται 94
ἱεροφύλακες 95
ἱερόφερσοι 94
ἵππαρχοι 133.135
ἱππῆς.7. ἱππάς 7.135
ἱπποδρομίας cura 110
hippodromi reliquiæ Constantinopoli 110
Hippothoōtis tribus.12
Homeri laus 117.131
Homeri tempore literarum in Græcia usus paucis cognitus 115
homo dimidius apud Turcos quis 19
hominē occisum quanti æstiment Turcorū iudices 19
ὁμοσαλακτοὶ 2.120.131
Horatij locus 23.142
hortorum studiosa tota Turcia 85
Hußitæ 106
ὑδρομαντία 92
ὑπεύθυνος 67

I

IAnuarius, ἐλαφηβολιὼν 122
Iesus Christus Dei sapientia & uerbū 91
Iinghitzeri Turcarum 86
indictionales coactores 62
ingressoria 94
inquisitores 44
ἰοχέαιρα Diana cur 131
Isocratis locus 78
ἰσοτέλεις 133
Italia fatale Gallorum sepulchrum 102
iudex ordinarius 144.
lectus 145
iudicandi forma in ciuilibus & capitalib. una ferè apud Venetos 36
iudiciales quæstores 77
iudiciarij ordinis corruptio 69 (144
iudiciorum uocabula

iudicium

iudicum decuriæ apud Rom. 15
iugerum 7
Iunoni sacra in Ianuario fieri solita 121
in ius rapiendi potestas cuiuis fuiße olim, absq; uiatore 142
Iouis uaria & nomina & sacra 121.125
Iouis uocabulũ ab Hebraico Iehoua 10

L

ad lampadem fieri solita sacra, cuiusmodi 129
Lauerna, furum dea 121
lectus iudex 145
legationis perperã obitæ causa 77
λήγειν 84
legislatori imitanda natura, sapientiß. magistra. 8.9
λειποταξίου crimen 133
λειτουργοὶ. λειτουργοῦντες 111
λιναῖα 128
Leonidæ Spartani deuotio 102
Leontis tribus 12
λεύκω diarium 83
lex, peccati filia 158
leges non habere, aut ijs quæ habentur non uti, idem 27
leges trinũdino die promulgandi mos 26
legum conseruatores, νομοφύλακες 26
legum proponẽdarum apud Athenien. mos 25
legibus cõseruandis cuiusmodi præfecti apud Turcas 29
ληξιαρχικὸν 54.74.83. 124
lexiarchici 83
ληξιαρχική 84
lexiarchicorum funiculus rubrica tinctus. 87
lexiarchicorum iuramentum 84
λῆξις 84
Libanij locus 148

litium

litium commißiones et relationes 28
litium perpetuarum de teſtatio 68.69
logiſtæ 14.63. 64.70. quæſtores 77
λογίζειν, λογίζεσθαι 64
λογοδαίδαλος 81
λογογράφοι 81.82
λωποδύται 50
luna eadem cum Diana 121
lunaris annus 31
luxus coercendi leges apud Venetos 159
ἐν λύκῳ tribunal 144

M

MAcrobij locus 26
μαιμακτηριὼν 123
magiſtratus triplicis uſus apud omnes 121
magiſtratuum contemptus ſumma reipublicæ peſtis 21
magiſtratuum eligendorum Athenis triplex ratio 13
magiſtratum perpetuum in Gallia nullam rationem reddere, quàm pernicioſum 68
magiſtratuum ſortibus eligendorum ratio apud Venetos 40
maioris uiri apud Gallos officium 54. 133
μάντεις 92
Mareſchalorum præpoſiti qui apud Gallos 51
margillares 95
Mars in Ariopago acſatus 139.140
Martiæ Palladis ara 140
Martis Enyalij ſacra 131
Martis epitheta 131
μαστιγοφόροι 113
matronarum cultui,

ne

ne modum excederet, profecti 153
de matronarum incessu lex 153
medimna 7
μέλπειν 114
mensium nomina apud Atticos 121
mensulæ in Cereris sacris gestandæ ratio 119
mercaturæ studere nobilitatem Italicã 159
Mersogæa tribus 11
μεταιτεινὼν mensis 122
μέτοιχον tribunal 144
μιαιφόνος 131
miles Germanus quomodo iam corruptus 106
militaria officia 133. 134
militum sobrietas apud antiquos 157
mina 7
Mineruæ peplum in olympicis ludis 109
Mineruæ sacra 129
μνάμονες 156
modium 7
modulationum in religione ueterum usus 114
μόλπη 114
monachi appellatio 82
monopoliorum abrogatio in Gallia 123
Muhamedici impostores, prophetæ 116. 117
muliebris mundi umptus intolerabilis quomodo Venetijs coercetur 154
munerarij 107. 128
munychia portus & arx Athenis 121
Munychia sacra 121
μουνυχιὼν mensis. 121. μουνυχία Diana. ibid.
Musæus Orphei discipulus 115
musicæ in cogendis hominibus uis 114
mutatio omnis ægrè admitti

mitti solita 6
μυστατωγοὶ 94
mysteria 129

N

N, L. ampliatiõis notæ 36
nauarchi 47
ναυκάροι, ναυκαρίαι 72. 130
ναυκλάροι 72.75
ναυκράροι. ναυκραρίαι. 72. 76. ναυκραρικὰ eod.
ναυκρατικὰ 75
ναυκράτις 76
nebulonũ turba regionem liberandi ratio optima quæ 53
νεμειος Iupiter 121
Nemesis Furiarum prima 94
Neptunus Heliconius 100
Nili aggeres fregisse capitale 80
in Nilum ducti ex omni Ægypto aluei, à Romanis, frumẽti cõparandi gratia 80
nobilitatẽ Italicã mercaturæ studere 159
νομοφύλακες. 50.52. quid à nomothetis differãt 26
νομοφυλάκιον 51
nomothetæ 24.25
Normanorum conuentus 101
nouẽber cur ἀνθεστηριὼν Græcis 123
nouemuiri, ἄρχοντες. 125
Nouemuiri Venetorũ 50

O

OEneis tribus 12
oligarchia 139
olympici ludi, eorumq; ratio 100
olympicorum certaminum ratio et usus. 109 110
οἰνόπται 156
οἰνοφλύγοι 158
οἰωνοπόλοι 92
ὀφθαλμοι 157

ὀπιστόδομος 151
oraculorum delira credulitas 92
ὀργιαστικὰ ἱππικὴ μίλη. 116
ordinum præfecti 135
Orestes matricida in Ariopago absolutus 143
ὀργεῶνες 116
ὀργιάζειν 116
origines suas consecrandi mos omnibus populis receptus 10
ὀρφάνων ἐπίτροποι 126
ostiarij 147

P

παιδοποιοῦται 8
παλλάδιον tribunal 140.141.143
Palladium è Troia Athenas delatum 142
Palladis Martiæ ara 140
Panathenæa 109
panathenaica magna & parua 109
Pandectarum locus. 112 119.142.162
πανηγυρὶς Athenis quinquennis 100
Pandionis tribus 12
Panionia 100
παράδυστος tribunal. 140
παρὰ νόμων γραφὴ. 27.34 137
παραλία tribus 12
παράλιος nauis 151
πάραλοι 2
παραπρεσβείας causa. 77
παρασήμῳ 135
παρίδροι 145
parlamenteæ curiæ 31
παροινία 126
pastor, alastor 83
patria 120
patrios Apollo. 121. πατρῷος 125
patrones, latrones 83
pauperum habendaratio 160.161
Pausaniæ locus 12.139
pecunia deposita loco testis 32
πεδίακοι 2

πεντακόσιοι 30
Ὁ πεντακοσίων βουλὴ 13
πεντακοσιομέδιμνοι 7
pergræcari 157
περίπολοι 83
περισχοινίζω 88
Phalerus portus 142
Philinus rhetor 157
φιλοβασιλεὺς 113.144
Philolæi uersus falso Pythagoræ adscriptus 94
Phormio Hãnibali derisus 135
φράτορες 120.153
φρατρία 120
φρατρίαι 130
φρατριάρχος 120
φρέαρ locus, καὶ τὸ ἐν φρέατι tribunal 144
φρεατλοῦς iudicia 140
phrygius modus 110
φθίνοντος τετάρτου, τρίτη, δευτέρα 20
φύλαι 130
φύλακες 151.161
φύλαρχοι 136
φυλῆς ἡγεμών 111
Piræum 140
Pisis olympici ludi introducti 100
plagiarij 50
Platonis locus 155.156
Platonẽ multa præter animi sententiam scripsisse 116
Plinij locus 22.23
Plutarchi locus 4.
Pneumatici 106
poesis deorum inuentrix, mendax 114.
ποικίλη porticus 140
πολέμαρχος. 126.128. tribunus militum 131
Pollucis locus. 44. 45. 61.65.142
Polybij locus 3
Pontificis magistratus necessarius 97
populi Atheniensis distinctio 1.7
populi fundi 1.2.133. 137
πρεσβεῖαι ταμίαι 152

porticus regiæ Athenis tres 139.140
ποσιδεῶν mensis 123
ποσειδωνιὰς tribus 11
Postelli de Linguarum uarietate & originibus liber 88
Postelli historia Turcica 50.74
Postelli de Orbis cõcordia libri 93
Poyeti Cancellarij æquitatis studiũ.18.laus 29.73.75.150
præfecti 161
præses 31
præsides decemuiri. 53
πρυτανεῖα 55
πρύτανεις. 27.31.53.54.55
Promethei sacra 129
prophetæ locus, Residuum erucæ comedit locusta, &c. 108
προστάτης 145
prouidadorij Venetorum 79.126
προξενος 33
Prytanes, re nauali bene administrata, donari aurea corona soliti 49
Prytaneuusa tribus.54.55
Prytania.οἱ πρυτανεῖς.31.
τὰ πρυτανεῖα 32.33
Prytaniũ tribunal.140 143
Psaltis locus 88
psephismata 34
publicanum munus 1
πυανεψιῶν mensis 123
Pylades 102
Pylagoras 103.98.99
πῦλαι 101
Pylæ qua ratione Alexandro occupatæ.102
πυλαῖα σύνοδος 102
πυλαῖοι 98.101
πυρομαντεῖα 92
Pyrrhica saltatio 109
Pythagoræ cur interdictus fabarum esus 62

Q

Quadraginta uiri

causarum capitalium apud Venetos 28.35
quadragintaquatuor arbitri 37
quæstores ἀποδέκται 62
quæstores δημάρχοι 71
quæstores repetundarum 77
quatuoruiri apud Parisios cuiusmodi magistratus 137
quingenti uiri 29
Quintiliani locus 17

R

RAtionum magistri 64.77. scriptores 81
receptores auxiliorum 64
rectores 77
regia porticus Athenis 139. tres. eod. & 140
regij procuratores & aduocati 136
reipub. curatores 70
relationes litium 28
religionis nostro seculo abusus & corruptio 108
religionis obseruantia primum reipub. bene institutæ membrum. 107
religiosi, religiosæ. ἱερόδουλοι 96
repetundarum quæstores 77
rex, sex 83
rex sacrificulus 128
regis appellatio 82
reges dij appellari soliti 12
rhetorum appellatio 82
rhetorum uersutia nihil non euerti posse 17
Riuus altus Venetijs 79
Romani in legibus & populi diuisione Atticos imitati 12
Ro. tribuum numerus 12

Romanos & legum et reipub. exemplum à Græcis accepisse 128

S

SAcerdotis appellatio 82
sacrificulus rex 128
sacrificuli, ἱερποιοί 93
sacristæ 95
sacrorum apud ueteres genera 121
σαλαμινία nauis 151
scholæ apud Venetos ærarij loca 48
σκιροφοριῶν mensis 122
σχοινίῳ 87
scriba, γραμματικός. 70. 71. ἐπιγραφεὺς 78
scribæ tres Athenis 71
à secretis, scribæ 71
σφάχθεια. 5. sacra instituta 6
Selictari Turcarum. 85
σιμναιβραί 94
senatores 1
senatus. γερουσία 145
sententiæ tabellares 21
sepulchralia certamina 132
seruientes in Gallia qui 142. 147
sextaria quid Venetijs 28. 123
sexuiri Venetorum. 123
sexuiratus lexiarchicorum 87
Silij locus 132
σιτοδοσίαι 78
σιτομέτραι 79
σιτῶναι. 79. 80. σιτωνία. 81
σιτοφύλακες 79
Socrates propter religionem ad cicutam ad actus 116
Solachi Turcarum 86
Solonis carmina 9
Solonis imperiũ renuentis dictum 4. 5
Solonis σφάχθεια 5
Sophistæ appellatio 82
sortium reipub. Venetæ modus 39. 40

Spachi

Spachi Turcarum 85
σπερματίζειν 86
ſportula 33
Sſar emin apud Turcas 80
Stationarij nebulões. 95
ſtatuarum heroibus erectarũ duplex ratio. 10
τοὰ βασίλειος 139
Strabonis locus. 96. 103
ſtrophij linei ornatus 27
ſubdialia comitia ἡλιαστῶν 60
ſubſellia, cameræ 137
ſubſelliorum ratio apud Athenienſes 138
Suicerorum Cãtones ſiue Ligæ 98
Suicerorum fœdus & libertas 98
Suidæ locus 52. 70. 118
Superſtitionis ueterum ante Chriſtum, uarietas 92
ſuſceptores 64
συλλογεῖς 62
ſymphratores 120
ſymphreatides 120
ſympoſiarchæ 155. 157
σύγκλητος βουλή 16. 20
συνεδρία, σύνεδροι 145
ſynedrin Hebræis quid 145
συγγενεῖς 131

T

TAleæ regales 73
talenta ſex 6
ταμεῖον 151
ταμίας. 145. ταμίαι. 151. δημόσιοι, ποριστάι. 152
ταμιοῦχοι 151
ταξιάρχοι 135
τειχεσιπλήττης 131
temporum rationes diuerſæ apud diuerſas gentes 35
θαργήλια ſacra 122
θαργηλιὼν menſis 126. 122
theatri reliquiæ Conſtantinopoli 110
Thermopylæ 102

thesaurarij parsimoniæ 152. sacri 95
Thesei iudicium in Delphinio 143
thesmothetæ. 14. 15. 126
thesmothetarũ munus 136
θύσω, pro ποιήσω 8
Θ cuiusmodi in Græcorum iudicijs nota 36
theta nigrum 37
θῆται. 7. 8. θητικὸν nũmi genus eod.
Thomæ magistri Eclogæ 82
topiarij qui 46
trapezophoræ 119
τραπεζαφόρος 118
τριακοσιομέδιμνοι 7
tribus. φυλαὶ 130
tribunalium Athen. ratio 138. inde
tribunus militum. πολέμαρχος 131
tribuni, tribuum præfecti 135
tribuni plebis 72
tribus unde dictæ 11
tribuum apud Athen. diuisio 130
tribuum Athenienſ. nomina & ratio. 10. 11. inde.
tribuum Athenis numerus ut creuerit 11. 12
tribuum Ro. numerus 12. partitio prima 11
τρίβων tribunal 140
τριήραρχοι 47. trierarchi etiam Latinis 49. 50
trinũdino die leges promulgandi mos 26
triennium præfecti. 47
τρισλοξίαι 117
τριτήραρχος 120. 153
τριτῦς 11. 120. 130
triumuiri calculatores Venetijs 65
Trœzeniorum conuentus 100
Turca quomodo perpetuo milite abundet. 85
Turcarum demarchi quales 84

Tur

Turcorũ iudicãdi mos Ariopagitico modo absimilis 18.19
Turcarum milites unde perpetui 75
Turcarum principis delectus cuiusmodi 86
Turcarum Sar emin annonæ præfecti 80
Turcicæ militiæ sobrietas 157
tutores 126.127
tyranni appellatio 82

V

VAiuod & Vaiuodlar, qui apud Turcas 51
Valerij Max. locus 21
Varronis locus 7
Veioues quare culti. 94
Venetæ reipub. sortiendi modus ac ratio. 39. 40
Venetiarũ imperij stabilitas 99
Venetijs quomodo coercitus muliebris mundi sumptus intolerabilis 154
Veneti qua arte regionem suam magna furũ ac nebulonum turba liberarint 52
Venetorum ducis ornatus strophij linei 7
Venetorum magna comitia 20
Venetorum mos in iudicãdis causis tam ciuilib. quàm criminalibus 36
Venetorum nouemuiri. 50. decemuiri. 17. XL uiri causarum capitalium. 28. item VI. uiri. eod. & Decemuiri 29.35
Venetorum respub. aristocratia & monarchia temperata 39
Venetorum trierarchi cuiusmodi 47
uiator 142
uigilum præfecti 51

uini helluonibus præscripta lex à Carolo Imp. 158
uini obseruatores 156
in Vini potores 159
uirtutis excitandæ fundamenta maxima quæ 86
uirtutis præmium bono iure in conscientia positum 132
uirtutem tribus rebus potissimùm ali 132
Vlpiani locus 46.80
Vluphegi Turcarũ. 85
uocabulorum significatio quomodo moribus corruptis in contrarium abeat 82
undecimuiri, οἱ ἕνδεκα 50
urnularum in iudicando usus apud Venetos 36
Vulcani sacra 129

Z

ζευγῖται 7.8
ζητηταὶ 44

FINIS.

ANNO DOMINI
M. D. LI. mense
Augusto.

ERRATA, OPERARVM INCVRIA *commissa, sic emendabis.*

Pag.1.uers.10.Primo 2.5.dele,sibi & uers. 11. πάραλοι 4.21.ἀνθρώπους. 5.11.planeq; 11.5.παραλιᾶ 13. 8. magistratuum & 17 . eam ob rem 17. 24.in nostris 20.16.paucis adferam & 18.primûm 21.5.idem respon. 22.19.præcessisse & penult.τὰ χερίονα 23.21.memoriã & ult. quod excerp. 24.24.sanciẽdæ ib.enim 26.24.νομοφύλακας. 27.9.Secundo 22. γράφῃ 30.1.debebat esse ill. & penult.crebro 32. 20 præerat & penult.τοῦ ταμιεύειν. 33.5. seruiebat.τὸ 35.16. morem 36.14.enim 38.15.οὐδὲν 44.penult. indignum cõmisisset 46.17.dele & 47. 16. nauarchorum,aut naucleorum (nam 48.20. δίκαια ποιεῖν. 49.9. μιᾶς 10. συντελεῖς 51 . ult. abscondit 52.10. κακώσεως & 11. εἴργεσθαι 54.15. iniuria 55 . 8. aut de leg. 56.5. ἐπιχειροτονίαν 11 . καθεδοῦνται 18 . θεσμοθέται 25.εἰς 26.ὁσημέραι 57 . 2 .τοῦ ἑκατομ. 20.possit 59.10.ὅτε 19 . scriptum 64.10.publicæ prosint, sed ut sub regij. & 24. repetundarumq; 65 . 12.computorum 66.8.ἐκποίητον & 18.recitatam 69.7 . iudiciarij ordinis & 14.tegmina & 22. est sibi 70. 12.quod 72.12. nauem 75.18.dele , authorum & 21 . uocat 76.13 . δῆμον & penult . habemus

mus 77.5.κυβερνῶται & 17.tamen actiua 78.
5.nomina ed. & 9. Rasionem 17. super eos
(subaudi, 22.Rasione 23.meis uti pec. 80.
7.ullum. 82.16.primæ contrariam 85.9.prin
ceps 12.annos(nam 86.8.habet.Vt 23.quæ
ind. & penult. nubilem 87.21.σχοινίον. 89.
19.Debebat esse titulus sequẽtis capitis: περὶ ἐξη
γατῶν, id est, de aruspicibus de cœlo seruanti-
bus. 90.6.quidam 93.12.omnibus 16.θεωρίαν
94.8.σίδα. 95.8. imperitos:cui morbo quam-
uis altè serpenti 96.16.Dianæ, 24.in ipsa ter
ra 98.10. religionis penult.agnoscerent.ubi
99.4. imperio 8.quàm 9.quum. 17.πυλα
γόρας ult. Phthij, Dolopes 100. 4. fœminæ
10. Trœzenij 101.5. Druidæ. 15. angustijs
16.angustias 17. Græcia 102.12. thermopy-
læ 15. Leonidas 16. patria 17. Pylade 103.
15. quàm 16.maximis 17.rusticæ 104.9.ἰνίας
17. nullam ult. consessu 105. 11. insigne in
conf. 13.sunt,hon. 108.10.multũ 17. bruchus
109. 6. uindex 23.offerret 110.19.longitudine
25. χορηγοί. 111.18.βοηθὸς. 112.18. Archemoriq;
113. 13.ludis,sacris, 114.20.Palladem, 117. an
tepenult. ἀμφιπόλοισι 118.9. τραπεζοφόρου 10.
νοσμῷ 21. Harpocrationis 25. authoribus
119.6. pręcipua 110. 3.usum 5.τρίτλυς 20.po
test) ex Atticis, 23.τρίτλυς 122.14. solitũ, 123.
2.manum, Athenienses Boed. 3. μαμμακτηρίων
6.

6.legitur ἀνθεστηριὼν, 16.dicunt, 124.10.hære
ditatis 13.essent illis 14.nobiles 18.imagi-
nis 125.1. VNA' 127.1. dictione 21. ἑνδεκάτῃ 25.
Pythorato 128.1. princeps, unde res gestæ
129.11.exercent 131.19. ἦν ὁ penult. ἰοχέαιραν
132.12. cupiditate 14. Quamuis 133.19. uo-
cant 138.15. Athenienses 19. quàm uenerãd.
140.11.primum 144.16. ἐν λύκῳ, 21.multa
145.15.uocari.16.notari,146.18.literis lib.247.
11. nomina 13.in re 18.initiatũ 150.19. satisfa
cit.151.18.ab his 19.ταμιούχους. 152.15. agerẽt. 25.
ἑλληνοταμίας 156.2. resp.scribit. 17.naturæ, nõ
19. uarias. 25.quidem. 158.6. (ut natura 161.
22.adire, 25.præfecti. ἐφορᾶν 162.8. dele &
163.1.dele,Peroratio. 6.ne ullus

Grauskala #13 B.I.G.

A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Farbkarte #13 B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black